et alios ſanctiſſimos/ ſpūſſanctꝰ large de/
dit. Sic aliquādo ꝑ coniugatos regebatᷣ
eccl'ia/ vt in antiqua lege. nūc ꝑ celibes in
noua. ¶ Concludimꝰ tandē nos interea
cōtentos eſſe debere remedioꝝ poſtulatio
ne. qualia qualiterqꝫ tetigimꝰ. vt tranquil
le concoꝛditerqꝫ maneamus ſoꝛoꝛio nexu
iuncte/ natura cum ſophia. Natura: fiat
precoꝛ ita. ¶ Finit.

## Carmen cōtra pulcritudinē coꝛpoꝛis quomodo ſepe ē occaſio ruine in anima.

Pulcer alexi. decoꝛ tuus vrget
Gloꝛius vt tibi ſis! Tamen audi.
Te ſpecioſa ligant velut auri
Vincula. retibus et nimis artis
Stringeris/ implicitus magis/ ex quo
Roboꝛis eſt vegeti caro candens/
Paſſio libérioꝛ viget omnis.
Subiuga fit ratio. iacet excoꝛs.
Te fleo. nam tua ſoꝛs miſerāda. ¶ Finit.

a
## Opuſculū eiuſdez contra impugnātes oꝛdinē Carthuſienſ. quomō pauca in eis reperiantᷣ miracula. quaſi exinde vilioꝛes cenſendi ſunt.

Miracula cōmuniter fiunt ad
probandā ſanctitatē illiꝰ qui
ea facit/ de qua dubitatᷣ. Vel
fiunt ad cōfirmandā ꝛ cōuin
cendam infidelitatē alicuius
vel aliquoꝝ. Vbi autē per ſcripturam ſa/
cram vel euidentiaz/ conſtat de ſanctitate
talis perſone/ raro fiunt ꝑ illum miracula
quia iam habet aliquod genus pꝛobatio/
nis ſue ſanctitatis. ¶ Sic et iuriſte dicūt
ꝙ vbi vno modo legitime conſtat de intē
tione partis/ non requiritur vel exigitur.
imo eſſet ſupfluū aliud genus ꝓbationis
ca. i. extra de pꝛobati. ¶ Et ideo martyres
de quoꝛuz ſanctitate nullus dubitat/ raro
fecerunt miracula reſpectu alioꝛū. ſpecia/
liter in vita. Confeſſoꝛes vero plura. in vi
ta et in moꝛte. ¶ Ex quo dubio antiquitꝰ
confeſſoꝛes vſqꝫ ad Silueſtrum papam
publice non colebantur vt ſancti. nec ali/
quis in canone miſſe eſt poſitus. cum ta/
men virgines. immo ꝛ coꝛrupte mulieres
ſed tamen martyres/ ibi ſint poſite. ſicut ꝑ
petua et felicitas. ¶ Inter ipſos confeſſo/
res ſanctos/ hec fuit differentia. ¶ Nam
qui ſcripſerunt multa ad fidei illumina/
tionem/ et magna ſcientia et doctrina pol
lebant/ pauciora aut quaſi nulla fecerunt
miracula. pꝛecipue in vita. quia habebāt
pꝛobationē ſanctitatis/ in eminentia do/
ctrine. Sic auguſtinꝰ gregoꝛiꝰ et ſimiles.
Unde cum in canoniſatione ſancti Tho
me de aquino opponeretᷣ/ ꝙ nō fecerat mi
racula in vita/ vel non multa. dictum fuit
per papam/ nō eſſe curandū. Nam tot mi
racula fecit quot queſtiones determina/
uit. ¶ Alia quoqꝫ inter confeſſoꝛes diffe/
rentia fuit. Nam aliqui vixerunt in here/
mo in aſperitate vite pſeuerātes in pugna
contra vitia ꝛ temptationes. elongati a cō
uerſatione hominuz vſqꝫ ad moꝛtem. Hi
quia oderunt patrē et matrē. poſſeſſiones
ꝛc. et ſecuti ſunt xp̄m. poꝛtantes crucem ꝑ
abnegationē ſui et ſuoꝛum iuxta euange/
lium/ ſufficit eis pꝛo ſanctitatis teſtimo/
nio verbū xp̄i. Sic ꝛ paulus pꝛimus he/
remita (reſpectu cuius Anthonius clama
uit ſe ſolū monachi gerere nomen) nulluz
legitur feciſſe miraculū. Coꝛuus autē poꝛ
tabat ſibi quotidie panem ꝑ diuinā diſpē
ſationem. ſicut ꝛ Helie. ¶ Et ne in tam la B
ta materia diu immoꝛer. tam martyres qꝫ
confeſſoꝛes. viri ꝛ mulieres/ fecerunt et fa
ciunt miracula/ multas ob cauſas. vt ſcili
cet pꝛedicatio eoꝛū et nomen Ihū xp̄i in
quo tm̄ eſt ſalus/ efficax pꝛobaretur. Sic
petrus claudū et per illū octo milia iudeo
rum ſanauit. illos in anima. iſtos in coꝛ/
poꝛe ꝛ anima. Sic ꝛ ceteri apl'i nō ad oſtē/
ſionem ſue ſanctitatis. ſed ad exaltationē
nominis xp̄i. ¶ Aliquādo ne pꝛedicatio
pꝛopter miniſtros contēnatur. eo ꝙ inter
homines cōmuniter viuunt. ſanctitatiſqꝫ
alia teſtimonia nō habent/ ex doctrinarū
excellentia. ſicut Nicolaus. martinus. cete
riqꝫ paſtoꝛes ſancti. in populo conuerſan
tes. ¶ Aliquādo ad cōfirmationē xp̄iano
rum nōdum plene in fide fixoꝝ. quia de fa
cili abſcederēt. vel ſaltem in fide errarent.
¶ Aliquādo in certis mundi partibꝫ ma/
ioꝛa ꝛ plura fiebant miracula. Tum ꝓpter
loci vel hominū qualitatē. qꝛ ceteris paga
nis et infidelibꝫ erant ꝓpinqui. ꝛ ſic ꝑ cōſe
quens difficiliꝰ inducēdi ad fidem ꝛ pꝛo/
cliuioꝛes ad receſſuz. aut qꝛ ex paganis ꝓ/
pagati ꝛ ſic paternas ꝯſuetudines difficil
lime reliquiſſent/ niſi crebꝛis ſignis robo/
rati eſſent. vel ꝓpter eoꝛuz ſtoliditatē et ru/
ditatem. tam in moꝛibꝫ qꝫ ingeniis ac ſen/

ſibus. vel alias innumeras cōditōes deo notas. ¶ Aliȷ̄ fecerunt ſigna in vita ⁊ faciunt. nec tamē ob hoc ſanctiores imo peiores ⁊ damnabiliores (etiaꝫ euāgelio teſte) ſunt ⁊ fuerunt. Multi dicēt mihi ait xp̄s. Domine nōne in nomīe tuo ꝓphetauimꝯ et demonia eiecimꝯ. ⁊ virtutes multas fecimus? Tunc rn̄debo illis Amen dico vobis neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite a me omnes opariȷ̄ iniquitatis. Sic iudas traditor fecit ſigna. quia cū ceteris poteſtatē accepit eȷ̄ciēdo demonia ⁊c. Qui ⁊ reuertebant̄ gaudētes. Ecce inquiūt xp̄o. Etiā demonia in nomīe tuo ſubȷ̄ciunt̄ nobis. ¶ Sed veritas eterna / nō eſſe in miraculis gloriandū ait. Nolite in hoc gaudere. In quo ergo magiſter bone / tuis electis ē gaudendū? Gaudete q̄ꝛ nomīa veſtra ſcripta ſunt in celis. Unde iudas ꝑditor / ⁊ filiȷ̄ iudeoꝝ / et vſqꝫ hodie multi eȷ̄ciunt demones / cū tamē ſint demoniacis forte deteriores. Sed vt xp̄s oſtendat nomīs ſui virtutē / et ſacroꝝ verboꝝ que illi ꝓferunt efficaciā. vel vt deuotarū precū in humilitate oblataruꝫ exauditorē ſe monſtret / hec fieri ſinit. vel vt ſanctoꝝ ſuoꝝ magnificet nomen ⁊ gloriā. in quoꝝ eccleſȷ̄s vel corā quoꝝ reliquȷ̄s / iſta fiunt. vel aliȷ̄s de cauſis ſibi notis. ¶ Non ergo appetēda ſunt miracula que cū malis habent̄ cōmunia. Miracula ſanctū oſtendūt. nō aūt faciūt. Ubi ergo nō eſt neceſſe ad confirmationē fidei. vel vbi hoīes eſſent ingrati. vel vbi emendatio vite ⁊ dei gloria nō ſubſequit̄. aut vbi ſancti ex teſtimonio ſacre ſcripture. auſteritate vite cū ſancta cōuerſatione. tpaliū abrenūciatōe. xp̄i imitatione. ſiue alia cauſa ſm̄ deū eorū ſanctitas nota eſt. ibi (vt p̄miſi) miracula ꝑ homines expetere ſupfluum videtur. Si vero deus faciat miracula abſolute. ip̄e nouit quare. cū etiam quotidie eius mirabilibꝫ plena eſt terra. ¶ Probatio aūt ſanctitatis ꝑ miracula tm̄ / plurimū eſt ſuſpecta. quia (vt ſupra dictū eſt) malis ſunt cōmunia. ⁊ multa nō xp̄iane ſed magice artis oſtentamēta ſunt que a ſimplicibꝫ quaſi ſanctitatis miracula acceptant̄. ¶ Deinde notandū ꝙ in legis tp̄e / ꝑ moyſen fiebant ſigna ingentia. quibus magi quidā / per incantationes fecerunt ſimilia. Decem plagis / terra egipti fuit attrita. Uirga / moyſes diuiſit maria. eduxit aquas de petra. Dominus populo ſuo de celo pluit manna. Tranſiuit populus ſub Joſue iordanis fluenta. Sonitu tubarum ⁊ clamore populi corruerūt muri Jericho. Sol non occubuit duoꝝ dierum ſpacio. Superqꝫ hoſtes / lapides pergrandes ceciderunt e celo. In mandibula aſini / percuſſit ſamſon mille viros. Sitienti / de molari dente eiuſdem mandibule / egreſſe ſunt aque largiſſime. ¶ Tempore ꝓphetarū / Helias mortuum ſuſcitauit. Pallio iordanem diuiſit. Curru et equis igneis raptus eſt. Helizeus eodem pallio helie / p̄fatū flumē pro ſuo trāſitu ſiccauit. Sale aquas dulcorauit atqꝫ fecundas fecit. Mittēs lignū in aquas / ferrū ſecuris natauit. Naamā ſyrū verbo dn̄i in iordane a lepra mundauit. eiuſqꝫ lepra Jezi adheſit. Mortuuꝫ puerum ſuſcitauit. Eoqꝫ mortuo / cum ꝑ hoſtium fugam cadauer a quibuſdā in eius ſepulcrū proiectū eſſet. ſacrorū oſſium cōtactu / reuixit. ¶ Innūerabilia ſunt alia miracula poſt creationeꝫ celi ⁊ terre. angelorūqꝫ ex nihilo. ⁊ hoīs ex limo. tam tp̄e legis q̄ꝫ ꝓphetarū facta. ſed illis temporibꝫ erant apta. plurimaqꝫ eorū non ſolū corꝑaliter exhibita ſed ⁊ magnis ſacramentis obūbrata. ſicut etiā miracula xp̄i que fecit in terris ī ꝓpria pſona. ¶ Hec autē antiqua miracula / q̄tidie in myſterio renouant̄ in eccl'ia. que etiā tanto maiora ſunt / quāto nō corꝑalia ſed ſp̄ūalia. Prio maiꝯ eſt iuſtificare impiū / q̄ꝫ creare celū et terrā vt dicit Aug. Item q̄tidie / ꝑ dei graciam ex nihilo ſcꝫ peccatoribꝫ / fiūt angeli. et ex terreſtribꝫ fiūt celeſtes. Mare rubruꝫ per qđ ſūmerſis egyptȷ̄s tranſimꝯ / baptiſma eſt xp̄i ſanguine rubricatū. quo euaſis vitȷ̄s / celū introimꝯ. Manna nō figurale ſed reale edimꝯ. Agnū paſchalē xp̄m tollētem peccata mūdi / in veritate māducamꝯ. Uiſuꝫ auditū guſtū ceteroſqꝫ ſenſus ⁊ mēbra inuicē ſanamꝯ / cū ad verbū dei audiēdum. ad deū diligendū. ad eiꝯ p̄cepta ſeruādum. ad elemoſinas dandū. peccata fugiēdum. celeſtia appetendū. atqꝫ ad cetera deo placita / alternatim ꝓuocamꝯ. ac ꝑ h̄ mortuos ſuſcitamꝯ. ¶ Hec ſub breuitate ꝯtra eos qui impugnāt ordinē carth. q̄ꝛ non fiant in eis miracula. imo nec vellent. potiꝯ vero facientes occultarēt. ſicut ſepe reptū eſt. ¶ Qđ aūt ſil'r dicit̄. ꝙ nec habeāt canoniſatū / niſi vnū. ſcꝫ ſanctū Hugonē. Lincolnieñ. ep̄m. Rn̄deo ꝙ nec idem / ex eoruꝫ

volũtate/ſed regis Anglie ꝛ ſuoꝝ inſtãtia eſt canoniſatus. Q̃ꝗ ſanctiſſime fuit vite. magnis miraculis claruerit. ꝛ procurator carthuſie magne/ pfeſſuſq; extiterit. ¶ Credendũ q̃z eſt/ in infinitũ plures mortuos ſanctos ꝛ q̃tidie mori/ q̃ꝗ hi ſint q̃ canoniſati ſunt. Neq; eni antiquitꝰ canoniſabãt. ſed ex certiſſima vite ſanctitate/colebãtur. Vt btã maria mag. Johes bap. Apl'i. ceteriq; plurimi. Sed ne paſſim ppl's in errorẽ iret. eccl'ie cenſura/ canoniſatõis moderamẽ adbibuit. Naʒ ppl's falſo rumore vel ſimulato ſigno vel naturaliũ impſſionũ. quo circa corpa occiſorũ vel patibula de nocte ardẽt quaſi cãdele. ignarꝰ/facillime ſeduci poſſet. vt latronẽ p ſancto bonoraret ſicut i aliq̃ꝝ ſanctoꝝ legẽdis factum repit. ¶ Virgo maria/nullũ legit i hac vita feciſſe miraculũ: nec apl'i/in euãgelijs ꝛ epl'is. de eiꝰ ſanctitate ꝛ vite excellẽtia/mẽtionẽ fecerũt. niſi ſicut ꝓphete cecinerũt ꝟginẽ pariturã xp̃m/ Jta illi eam peperiſſe xp̃m filiũ dei. Vñ ex ꝯñti in hoc ſolo verbo ꝙ eẽt mater dei/oẽm expſſerũt excellentiã ꝛ ſupeminentiã totiꝰ puritatis ꝛ ſanctitatis. ſup oẽm creaturã corpalẽ ꝛ ſpũalem Querere ergo eiꝰ ſanctitatẽ p miracula/nõ eſſet ſane fidei. Nec miracula que p eam q̃tidie fiunt/ad ꝓbationẽ ſue ſanctitatis exhibentur. nec ſanctitati eiꝰ aliquid addũt. ſed ad manifeſtandã eiꝰ erga nos immenſam caritatẽ ꝛ pietatẽ/ quã habet ad deuote eam implorãtes ꝛ venerantes.

## Contra impugnantes Carth. q̃ñ nõ ſit ordo cõfirmatus

Adhuc pleriq; eoſdẽ impugnãt q̃ñ primo nõ fuerit cõfirmatꝰ eoruʒ ordo a ſedẽ aplica. ¶ Eſt plane cõfirmatꝰ ꝛ ſepe. vt ptʒ in pluribꝫ priuilegijs ꝛ ipis ſtatutis. ¶ Tamen demꝰ locũ huic obiectioni. ꝛ ſub paucis verbis dicamꝰ ſufficere ad ꝯfirmationem cuiuſcũq; religionis collegij ſeu congregationis ſpũalis vite ſanctitatẽ. hoc ẽ in ſeruitio dei virtuoſam pſeuerãtiã. abſq; etiã approbatõe ſedis apl'ice. Et hec ẽ approbatio ſeu cõfirmatio inuiſibilis ſpũs ſancti ꝛ ipius vnctio que docet de omnibꝫ i. Jo. ij. Et hoc eſt qḋ dicit Act. v. ca. Si opus nõ eſt ex deo/ diſſoluet. Nec eccleſia primitiua imo iam p multos annos adulta/his cõfirmationibꝫ et approbationibꝫ vtebat. Tandẽ eccl'ia vidẽs cõfuſionẽ in religionũ multiplicatõe/ ꝛ hereſum pullulatione/ ſtrictius admouens manũ tanq̃ꝫ mater ſolicita/reprobauit oẽs religiones. mendicantiũ quatuor exceptis. Neq; amplius aliqua religio inſtituet niſi approbatione ſedis apl'ice. De religionibꝫ autẽ antiquis/nõ legimꝰ aliquã approbationẽ expſſam/ſedis apl'ice. ſed eoꝝ vita ſancta eccl'ia ſciẽte/ ꝛ eis vt viris ſanctis ꝛ approbatis cõicante/ ꝛ multa ꝛ varia priuilegia cõcedẽte/erat eoꝝ plena ꝯfirmatio. ¶ Eſt aũt carthuſieñ. ordo/ ceteris omnibꝫ antiquior: exceptis Bñdicti ꝛ Aug. ordinibꝫ. Fuit eni circa annos. xx. añ ordinẽ Ciſtercieñ. ꝛ p centũ. xxx. annos ante p̃dicatores ꝛ minores/ceteroſq; mendicãtes. Finis.

## Tractatus eiuſdez

Cancellarij pariſieñ. de nõ eſu carniũ carthuſienſiũ. cõtra eos qui eoſdẽ ex hoc ſtatuto tanq̃ꝫ indiſcretos ꝛ inhumanos iudicant. rationibꝫ approbans indiſpenſabilem apud eos ſeruari ſolitam carnium abſtinentiam.

### ¶ Epiſtola.

Egregio viro Johãni de gonnant qui olim in ſeculo miles. nunc in xp̃i ſeruitute cum preclara Carthuſieñ. familia militãs illuſtrius. ſuus Johannes cancellariꝰ indignus pariſieñ. triũphum beatitudinis adipiſci. ¶ Tua ſicut opinor meminit prudẽtia/ queãdmodum ab inclito p̃ceptore meo nunc epiſcopo Cameraceñ. pridẽ poſtulaſti/ vt p tractatũ aliquẽ ex iure diuino ꝛ valida diſputatione cõpeſceret ac reuelleret carnales/ q̃ cecis oculis ac ſpumanti ore latrant in religionem carth. tanq̃ꝫ irrationabilis ſit et impia: ob ꝑpetuam eorũ de non eſu carnium obſeruantiã. ¶ Attẽptauit hoc agere idem p̃ceptor meus. cui in cancellariatꝰ officio ꝛ in cathedra ſucceſſi/ immeritꝰ. non tamẽ ad fundũ difficultatis vſq̃quaq; ꝑuenit. qḋ agnouerim. plura eni ſibi iugiter ſupirruebãt impedimẽta. ¶ Quãobrẽ tui tueq; petitõis nõ imemor/tandẽ aliqñ ſumpta occaſione i vna ex lectionibꝫ meis conatꝰ ſuʒ. licet viribꝫ imparibꝫ/ſatiſfacere pio ꝛ feruido religionis tue zelo. ¶ Nõ ſi ꝑfecerim id qḋ optaui/ grãs illi a q̃ omne

donū optimū et pfectū. ſi min⁹ attigerim/
ſuppleāt aut corrigāt impfectū meum tui
fratres. pr̄es mei. ⁊ alij pfundi⁹ ſapientes.
Bene vale. mei memor in oratōnibꝫ tuis.
¶ Et ſi latini forſan eloquij non ſatis es
idone⁹ auditor: nolito cōqueri. qm̄ habes
copiā interptū abūdantē. pdictos pr̄es lo
quor. quoꝝ genibꝫ puolut⁹/ orōnū ſuarū
ſuffragia/ egēs ⁊ mendicus expoſtulo.

# Incipit tractatus.

GRandis ⁊ mira eſt nobis Jo
hānis abſtinētia ⁊ ſobrietas
recitata cū dictū eſt. locuſtas
et mel ſilueſtre edebat. ¶ Sꝫ
horrere de facili ſolēt abſtinē
tiā qui voluptatibꝫ defluūt. quoꝝ de⁹ ven
ter eſt. ⁊ ſobrietas ab eis auſteritas incul/
paſ. ex ſua infirmitate vicioſa/ ī maloqꝫ ra
dicata ꝯſuetudine/ alienā vitā metientes/
iudicāt mirabile eſſe aut ſupſtitioſum aut
indiſcretū/ attenuare corp⁹ duris ieiunijs.
Cōceſſis inſup cibis quos de⁹ (inquiūt)
creauit ad pcipiendū cum grāꝝ actōe/ irri
dent nō vtētes. ¶ Nō aduertūt aut capiūt
ꝙ̄ leta ſit/ ꝙ̄ ſalubris ⁊ expedita/ ⁊ ex bona
cōſuetudine ꝙ̄ facilis ⁊ iocūda reddaſ. de/
uotoꝝ ſobrietas: qui cū aplo caſtigāt cor/
pus ſuū ⁊ in ſeruitutē redigūt. Qui demū
corpali ieiunio/ vitia ꝯprimūt. mentē ele/
uant. virtutes adqrūt ⁊ pmia. Subinde
iſta eſt infamis palma vitioꝝ. ⁊ extrema q̄
rundā criminoſoꝝ impudētiſſimaqꝫ puer
ſitas. ſancta polluere. calūniari bene acta.
et que imitari nō pn̄t/ ſaltem volūt ea dete
ſtari. Hinc blandiſ iniqtas ſibi. ſi de ſan/
ctitate ꝯfinxerit pbrum aliqđ. ſi ꝯtra bene
viuētes/ infames ſn̄ias ptulerit. ⁊ aliene vi
te reprobationē/ ſuam laudē ⁊ ſolamē eſſe
arbitraſ. ¶ Exprimur hanc carnaliū homi
nū inſaniā. tū in multis. tū noīatim erga
venerabiles pr̄es ⁊ fratres de ordine car/
thuſieñ. apud quos repiſ ſicubi in eccl'ia
quicqꝫ veſtigij reliquerit pdicāda illa pri/
ſcoꝝ patrū deuotio admirabilis feruor et
ſua ꝑpe modū incredibilis ꝯtinētia. Hos
nāqꝫ carth. exagitāt nōnunꝙ̄ imbuti ſapi
entia terrena aīali ⁊ diabolica. dicētes con
tra caritatē denegare ſibiipis pſertim ī in/
firmitate poſitis/ eſum carniuꝫ. Vox iſta.
vox plane illoꝝ eſt q̄ ſuſpirabant ad ollas
carniū egypti. faſtidito māna. ¶ Subijt
itaqꝫ pluries animū aliquid de hoc ſcribe
re vt temptarē fundit⁹ eruere/ ⁊ cortice ſub
lato medullitus pſcrutari/ id qđ difficulta
tem affert in pn̄ti materia. Hūc tandē oc/
caſione ſumpta ex ꝯtextu pn̄tis lectionis
que de abſtinētia loquiſ Johis bapt. co/
nabiſ idipm pagere tenuitas ingenij mei
abſolute quidē ⁊ breuiter. qm̄ veritas lux
eſt. ⁊ intueſ nūꝙ̄ meli⁹/ ꝙ̄ dū nuda breui/
tate monſtraſ. folijs aut faleris verboꝝ nō
magnope eget. obumbrāt ipam quādoqꝫ
et offuſcant veritatē potius ꝙ̄ illuſtrent ⁊
expediant.

ERit igiſ triplex cōcluſio. vna dire/
cte reſpōſalis. due ſequentes diffi/
cultatū nodos tangēt ⁊ euoluent.
De difficultates pcipue ⁊ ſummatim due
ſunt. vna de caſu neceſſitatis extreme. alia
de infirmitatibꝫ ⁊ abbreuiatōe vite. ¶ Pri
ma ꝯcluſio. Pōt rōnabiliſ in ordīe carth.
eſſe lex vł generale ſtatutū. vt null⁹ frater il
lius ordinis/ comedat vnꝙ̄ carnes. imo ⁊
ſi petat ꝙ ſibi nō miniſtrenſ. Et ad hmōi
obſeruationē/ fas eſt diſciplinā grauē con
tra trāſgreſſores inſtitui. ¶ Scđa conclu
ſio. non obſtat rōnabilitati pfate legis vel
ſtatuti/ ꝙ dabilis ē caſus in quo frater car
thuſieñ. etiā pfeſſus/ obligareſ veſci carni
bus ⁊ ali⁹ ſibi miniſtrare teneret. ¶ Ter/
tia ꝯcluſio. abbreuiatio vite corpalis aut
ſanitatis debilitatio/ nō auferunt rationa
bilitatem pfate legis aut ſtatuti.

SUadeſ p indirectū prima ꝯcluſio
qm̄ niſi ſic liceret generaliter ordi
naſſe. nullo mō ſentiendū eſt/ ꝙ p
tanti tpis curſum ſcꝫ p trecentos annos ⁊
ampli⁹/ talis fuiſſet lex inter ipos carth. p/
mulgata ⁊ ſeruata. inter q̄s tot bacten⁹ flo/
ruerūt ſumme religionis ⁊ eximie diſcretō
nis viri. in iure ciuili canonico ⁊ diuio/ nō
mediocriter inſtructi. Nequaqꝫ inſup tole
raſſet illud eccia. alioqn dediſſet laqueum
ſuis fidelibꝫ filijs. qm̄ eos dānabiliter er/
raſſe ſciuiſſet. neqꝫ tn̄ eos ab errore reuo/
caſſet. Alioqn pterea nō laudaſſent vitam
taliū/ ſanctiſſimi viri. queadmodū deuot⁹
et circūſpectiſſim⁹ Bern̄. ad fratres de mō
te dei eiuſdem ordinis ſcribens/ eos col/
laudaſſe repitur. imo ⁊ ad abſtinentiā ml'/
tam inuitaſſe. oblectans fratres illos ī hor
rendis frigoribꝫ magne carthuſie manen/
tes. ¶ Rurſum per directum ſic arguitur.
Licitum eſt vni vel pluribus p totam vi/
tam a carniū eſu pſus abſtinere. quoniaꝫ

ita fecerunt plurimi laudabiliter ⁊ quoti/
die faciunt. Et apl'us ſatis innuit dicens.
Qđ ſi eſca ſcādaliſat fratrē meū/nō mādu
cabo carnes in eternū: Qđ nō poſuiſſet/ſi
non potuiſſet licite ꝯpleri. Potuit ergo ir
rephēſibiliter fieri lex ſiue ſtatutū/ꝙ illud
licitū iugiter ſeruaret̃. qm̃ infra docebitur
nil obſtare: quo minꝰ illud fieri fas exiſtat
¶ Ceterū lex illa rōnabilis cenſenda eſt.
que religioni cōuenit. que diſcipline con/
gruit. ⁊ que saluti ꝓficit. quēadmodū tra/
hitur ex dictis Iſid. Sed lex talis de non
comedēdo carnes/eſt hmōi. put expientia
longa/doctrix eſt. Etenī ſub hac lege ⁊ ꝑm
eam/religioſi viri ⁊ diſciplinati ⁊ de ſalu/
te ſua ſoliciti/vixerūt vſqꝫ ad ſenectam bo
nam ⁊ plenā dierū incolumes in aīa ⁊ cor
pore/plꝰqꝫ in locis alijs plurimis vbi cō/
ceditur eſus carniū ad ſaturitatē. Deniqꝫ
conſtat eos imitatores eſſe antiquoꝝ pro
phetarum ⁊ heremitarū helye ⁊ helizei ac
Ioh. bap. alioꝝ quoqꝫ ſanctoꝝ patruꝫ/ꝑ
egyptū olim degētiū. Inter quos (put re/
fert Hiero. in ep'la vna ad Euſtochiū) nō
ſolū carnes ſed ⁊ coctū aliquid comediſſe/
luxuria erat. ¶ Pro cōcluſionis huiꝰ cor/
roboratione faciunt ea omnia que ſcripſe
runt de ſobrietate ⁊ abſtinētia doctores ca
tholici. que plurima ſunt valde. nec egent
hic inſeri. Legat̃ Hieronꝫ. in li. contra Io
uinianū. vbi ex vetuſtiſſimis gentiliū hy/
ſtorijs/ſobrietatē ſtabilit. Videat̃ ideꝫ in
vitaſpr̄m. Et Caſſianus in ſuis collatio/
nibꝫ ⁊ inſtitutꝫ. Et ꝑſpicuū erit qualit̃ ſan
ctorū patrū imo virginū ⁊ mulierū abſti/
nentia fuit ⁊ in ſanitate ⁊ infirmitate con/
ſtanter mirabilis. Habemus de venerabi
li paula cui in vltima qua obijt egritudīe
ſibi ꝑſuaderi non potuit vt vino modico
vteret̃. Proinde diſcretores ciboꝝ reuel/
lit Bernardꝰ in omelia. xxx. ſup canti. Et
multa in hunc modū relicta ſunt a ſanctiſ
et celeberrime diſputata. ¶ Deniqꝫ veri/
tas huiꝰ ꝯcluſionis/et deductione ſequen
B tium velut ex nubiū obiectarū depulſione
magis eluceſcet.

In ſcđa ꝯcluſione vnū ſupponit̃:
ꝙ dabilis ſit caſus in quo frat̃ car
thuſieñ. etiā ꝓfeſſus/ oblige t̃ veſci carnibꝫ
et alius ſibi miniſtrare teneat̃. Supaddi/
tur ad hoc ꝙ iſtud nō obuiat rōnabilitati
legis ante dicte. Probat̃ ſuppoſitū in caſu
neceſſitatis extreme qm̃ dabilis eſt caſus
infirmitatis/vbi medicoꝝ expertoꝝ iudici/
um/⁊ ꝯſcia fratris infirmātis/⁊ alioꝝ ſibi
miniſtrantiū/ dictabūt ꝙ ipe egrotꝰ abſqꝫ
dubio morief/ ſi non adiuuet̃ ꝑ eſum car/
nium. ⁊ edendo carnes cōualeſcat. ¶ Nec
ſatis eſſe videt̃ ad negandū poſſibilitatem
neceſſitatis huiꝰ extreme/ illud qđ ſcripſit
quidā medicoꝝ/mgr̄ Arnoldꝰ de villa no
ua/ꝑ diſſolutione dubietatis ꝓpoſite. Ait
enī ꝙ in egritudine qualibet curabili/hu/
midū radicale ſufficiēter reſtaurari poteſt
per vitella ouoꝝ abſqꝫ eſu carniū requiſi/
to. Hec euaſio non vſqquaqꝫ ſufficit. nec
difficultatis radiceꝫ euellit. Stabit itaqꝫ
ꝙ languēs de quo eſt ſermo/omnē abomi
nabitur vtilem cibum p̃ter carnes. aut ius
earū. et p̄ſertim vitella ouoruꝫ faſtidiet. ita
vt comedere illa ſalubriter aut abſqꝫ vomi
tu nō valeat. ¶ Sed tamē ne ꝯtrouerſia
aut calūnie materia in longiꝰ procedat da
bo caſuꝫ poſſibilē/vbi aliquis carthuſiē.
etiā ſanus/morief abſqꝫ remedio/niſi car/
nibus vti ꝯſentiat. vtputa ſi deductus ſit
in manus tyrannoꝝ. vbi vel ex neq̄cia vel
aliūde/nihil ꝑmittet̃ ſibi offerri ad veſcen
dum p̃ter carnes. Querendū eſt ergo in h
vel cōſimili caſu neceſſitatis. an huiuſmo
di carth. tenebit̃ carnes comedere. et ſi ſic.
habetur intentū. ¶ Si diceret aliquis ꝙ
potius eligere habebit mori fame. dicere
eundē oportebit ex ꝯñti/ in ſeipm manus
inijciet et erit ſuimet occiſor. Iuxta illud
vulgatū ambroſij Paſce fame morientē ſi
non pauiſti/occidiſti. nec ad ſe minꝰ qꝫ ad
alios preceptū hoc extendit̃. Preterea cō/
ſuetudo aut cōſtitutio generalis eccleſie đ
non comedēdo carnes in die veneris/non
obligaret ad ſui obſeruationē in caſibus
prioribꝫ extreme neceſſitatis: imo nec ex/
cuſaret aliquē ab homicidio. qui cū poſſꝫ
ſaluare vitam ꝑ eſum carniū/ ſe vel alium
mori ſpontanee ꝑmitteret abſtinēdo. Se
cludendo tamē ſemꝑ caſum grandis ſcan
dali in fide. de quo dicet̃ poſtea. Porro de
votis idem eſt argumentū. ¶ Eſt aūt fun
damentū radicale p̄facte rationis in hoc.
qm̃ a lege diuina/ nulla lex aut obligatio
pure humana. poteſt abſoluere aut excipe
re vel inſtituere ꝙ non obſeruet̃. Sed hec
eſt lex diuina. Non occides. A qua lege/
non legitur per aliquod aliud diuinū ius
facta exceptio iſta. vt pro obſeruatione cō
ſtitutionis aut obligationis pure hūane

ſupuenientis/eā tranſgredi liceret. ⁊ ſe mo
ri ſinere fas eſt. Unde recluſus aliquis/ ꝗ
vouit non egredi/ videns aliquē in extre/
ma neceſſitate famis aut ꝑiculi mortis/ ſi
non exeat ⁊ ſuccurrat cum poſſit/ pro occi
ſore criminabit̃. quāto magis ſi ſibimet in
articulo mortis vel talis neceſſitatis ſub/
uenire cōtēpſerit. ¶ Proinde cōfirmatio
corū que dicta ſunt ſumit̃ ex hoc ꝙ nulla
cōſtitutio/ ꝯtra caritatē poteſt robur obti
nere. qm̄ lex pro caritate ſemꝑ fert̃ dū bene
fertur. qꝛ eſt ꝓcepti finis ⁊ plenitudo legis
ſm̄ apl'm. Eſt aūt contra caritatē/ cum in
deteriorē vergit exitū/ ſe vel alium dimit/
tere mori modis tactis/ quādo ex cōceſſio
ne diuina licitus ad vitā patet exitus. De
niqꝫ ꝓceptū inferioris ſeu ꝯſtitutio/ ꝑiudi
care poſſet ꝓcepto ſuꝑioris. dei videlicet
iubentis. ne quis ſe perimat. qđ ꝗꝫ falſum
ſit nō videt nemo. ¶ Obiiciet forte aliqꝗs
D de machabeis qui prius elegerunt horri/
dam mortem perpeti/ ꝗꝫ carnibꝫ ſuillis ve
ſci. Similiter de quibuſdā aliis in veteri
teſtamento ⁊ nouo. qui vel ad exemplum
virtutis. vel ad euitandū dei iniuriā. vel ꝓ
caſtitate ſeruanda. aut in vltionē inimico
rum vt ſamſon. ſemetipſos ꝑimerūt. ¶ Sꝫ
ad multa iſtoꝝ/ reſpondet Augꝰ. diffuſe. i.
de ciui. dei. Cuiꝰ ſn̄ia finalis eſt. ꝙ niſi ex
reuelatione diuina/ aut ex ſpeciali inſtin/
ctu dei/ diſpenſante (habet eni deꝰ poteſta
tem vite ⁊ mortis) nō poteſt quiſꝗꝫ manꝰ
licenter ſibi iniicere. ꝗꝫuis de caſtitate ſer/
uanda ſpecialior eſt difficultas: que tange
tur inferius. De machabeis inſuꝑ alia eſt
ratio. qm̄ lex diuina/ ipſos tūc obligabat
non comedere carnes porcinas. Ideo fa/
tendū eſt/ ꝙ citius mortē ꝗꝫ eſum talem de
bebant eligere. Non eni tranſgrediēda eſt
lex dei/ pro corꝑalis vite ſaluatione. Secꝰ
eſt nūc vbi talis legalis obſeruatio ceſſat:
Secus ꝓterea vbi non cōſurgit obligatō
niſi ex cōſtitutione pure humana. Intelli
gite vigilanter ꝙ dico de cōſtitutione pu/
re humana. Fiunt eni quotidie leges de
malefactoribꝫ occidēdis. ſed nō ſunt ſolū
humane. imo fundamentū principale et
auctoritatis robur/ ſortiunt̃ ſ a lege diuina
iubente vt populus ſuus tollat malū de
medio ſui. ⁊ mēbrū qđ ſcandaliſat abſcin/
dat̃. Nolo tamen dicere: ꝙ iudices poſſint
pro quolibet peccato/ ad arbitriū ſuū licē
ter mortē ſtatuere. aut ſtatutā infligere. ſic

de furto mere ſimplici/ deducit quidā do
ctor. ¶ Ceterū lex diuina habet. Non for
nicaberis. nō ꝑiurabis ⁊ ſimilia precepta.
Idcirco quātūcunqꝫ poſſet aliquis prolō
gare vitam ſuā per fornicationē aut ꝑ ꝑiu
rium/ nullus ad talia conſentire deberet.
¶ Sed inſtabit aliquis rurſus ⁊ dicet ꝙ
omnia vota ⁊ leges omnes de quibꝫ loqui
mur/ fundant̃ in lege diuina. in hac ſcilicꝫ
Redde altiſſimo vota tua. Et humane in
ſtitutiones in illa auctoritate ꝓlatis data.
Qui vos audit me audit ⁊c. Et iterꝫ Que
dicunt facite ⁊c. Rn̄det̃ ꝙ in talibus votis
aut legibꝫ poſitiuis. Iſta ſemper exceptio
ſubintelligit̃. niſi vbi cōtra dei ſuꝑioris ꝓ
ceptum cuius finis eſt caritas/ militarent
Inde emerſit conſiliū iſtud. In turpi vo/
to: muta decretū. Qđ ſi aliquod votū fie/
ret aut aliq̄ lex iuberet̃ ab hominibꝫ abſqꝫ
omni exceptione tali expreſſa vel implici/
ta/ irrationabilitatē manifeſtam ⁊ non to
lerandā/ lex ⁊ votum ꝯtineret. Quo pacto
ſic: quoniā euenire poſſent caſus/ qui legē
dei in ſui obſeruatione violarent. put ſup
ponit̃ declaratū eſſe ſatis. Et arbitror illō
quod in hac ſcđa cōcluſione ſupponi dice
batur/ dabilē eſſe ſcꝫ caſum in ꝗ frater car/
thuſien. etiā profeſſus/ obligaret̃ veſci car
nibꝫ ⁊ alius ſibi miniſtrare teneret̃. Et iſte
caſus eſt neceſſitatis extreme. ſeu per infir
mitatē. ſeu ꝑ tpis aut locis aut tyrannidis
importunitatē contigerit. Iſta tn̄ neceſſi/
tas quo pacto poſſet forſan nō ſꝑ obliga/
re ad vtendū carnibꝫ ꝓſertim in caſu gran
dis ſcandali: ſequens cōcluſio declarabit.
¶ Nūc accedamꝰ qđ reliquū eſt in hac cō I
cluſione argumentis ſtabilire. vt declare/
mus ea que dicta ſunt ſuꝑ iſto caſu neceſſi
tatis extreme/ nō obuiare rōnabilitati le/
gis vel ſtatuti carth. de nō comedēdo car/
nes. ¶ Pro quo rememorādū eſt/ ꝙ ad h̄
nullū votū expſſum hn̄t. ſed eſt dūtaxat q̄/
dam ordinatio ſiue inſtitutio poſitiua. ne
hoc quiſꝗꝫ eoꝝ ꝓſumat attētare. qđ ſi fece/
rit/ ſubiacebit diſcipline ordinis. ⁊ certas
penas illic expſſas ſuſtinebit. Et ita fuiſſe
olim inſtitutū apud quoſdā alios ordies.
vt apud fratres ꝓdicatores ſub pena car/
ceris referēte quodā accepi. ¶ Adde vnū
circa qđ ꝓſens difficultas verſat̃. ⁊ quod ꝓ
cipue cauſat apud nōnullos ſcrupulum.
Fateor itaqꝫ ꝙ nullꝰ caſus in ordinatione
predicta excipitur. neqꝫ caſus īfirmitatis.

necq̃ alterius neceſſitatis extreme. Que ex
ceptio ſi facta fuiſſet/ apponerẽt plures di
gitũ ori ſuo. q̃ nunc in ordinationem talẽ
oblatrant. ¶ Sed reſpondeo: ꝙ exceptio
hãc addere nequaq̃ꝫ oportuit. imo nec cõ/
gruũ fuit. Qḋ non oportuit oñditur prio
qꝛ lex naturalis et diuina ſufficienter exci/
piunt. Amuqḋ leges omnes tam eccleſia/
ſtice q̃ꝫ diuine/ q̃uis ferãtur vniuerſaliter.
ſuſcipiunt tamen exceptõnem put a pho.
traditur. et ex earũdem inſpectione cogno
ſcitur. illam vero exceptionem cõtinuo ad
legem ſubiungi/ nulla eſt neceſſitas. ſꝫ nec
eiuſdem expreſſio requirit. Que eſt ratio:
Quia plerũqꝫ hoc eſſꝫ impoſſibile. Nimi
rum et plerũqꝫ ſupfluũ ꝑpter numeroſaꝫ et
infinitam particularium circũſtantiaꝝ
emergentium varietatem. ¶ Rurſus exce
ptio que ſufficienter datur intelligi aut ali
unde ſatis trahitur nõ eget exprimi. Sic
ẽ de caſu extreme neceſſitatꝫ reſpectu legis
aut cõſtitutionis de qua loquimur. Tra/
hitur quippe talis exceptio a lege diuina
et naturali quantũ ſufficere debet. Quoni
am per ſimilitudinẽ ad alias leges condi/
tas/ vbi ſimiles ſubintelliguntᷣ exceptio/
nes/ inſtruitur quilibet etiam parum do/
ctos ita poſſe ⁊ debere fieri circa inſtitutõ
nem preſentem/ quantũcunqꝫ generaliter
lata ſit. dummodo illam que ſubintelligẽ/
da eſt exceptionem per expreſſa verba ne/
quaq̃ꝫ excludat. Si eñi diceret conſtitutõ
illa/ ꝙ in nullo caſu/ etiam cuiuſcunqꝫ ne/
ceſſitatis extreme liceret comedere carnes
ſub mortali peccato. neſcirem fateor cõſti
tutionẽ iſtã ab iniquitate defendere. Sed
ita non eſſe docet textus inſtitutionis quẽ
inſpexi. vbi nec obligatio fertur ſub pena
peccati mortalis. ſed ſolũmodo ſub pena
diſcipline ordinis. Nec etiam caſus talis
neceſſitatis extreme ſecluditur. Interroga
ti ſiquidẽ eorũ aliqui excellentes viri ꝑ me
ipſum/ quid agerent vbi in deſerto aliquo
vel carcere nihil haberent ꝑter carnes ad
veſcendũ: Reſponderũt ſe comeſturos fo
re abſqꝫ omni ſcrupulo priuſq̃ꝫ ſe mori ꝑ/
mitterent. ¶ Audite narrationem. Conti
git vnũ ex carth. dum equitaret/ in tantam
ſemel famẽ ⁊ ſitim incidere/ ꝙ de ſanguine
equi ſui biberet ne periret. aliud quippe q̃
tunc ſuſtentaretᷣ non habebat. Delatũ fu/
it hoc ad reliquos fratres/ qui neceſſitateꝫ
circũſpecte attendentes que legem nõ ha/
bet/ eundẽ abſqꝫ diſciplina vel quauis pe
na velut innoxium ſuſceperũt. maxime qꝛ
ſufficienter conſtare poterat omnibꝰ de ne
ceſſitate ſua. alioquin fortaſſis ſubiacuiſ/
ſet diſcipline ordinis. non quidẽ ex culpa
propria. ſed ad euitaudũ ſcandalũ aliorũ.
ne deinceps licentiã ⁊ exemplũ alij traxiſ/
ſent ad comedẽdũ carnes pro libido. De
ruiſſet autẽ frater ille/ illam diſciplinã or/
dinis humiliter et innocenter tolerando:
queadmodũ ſentiunt doctores de illo qui
per eccleſiaſticã cenſurã cogeretur habita/
re cũ illa que ad veritateꝫ non eſt vxor ſua
legitima/ quãuis ita decerneret eccleſia. q̃
non de occultis ſed de manifeſtis determi
nat. Caſus alibi eſt expſſus. Sic dico. ꝙ
non eſſet qñqꝫ incõueniẽs/ innocentẽ car/
thuſieñ. pro eſu carniũ aut earũdem mini
ſtratione/ diſcipline ordinis ad alioꝝ ter/
rorem ⁊ regule inuiolabilitatẽ ſubiacere.
¶ At vero dicit aliquis. Cur non expſſus
eſt ⁊ exceptus caſus iſte neceſſitatis extre/
me: Dixi iã ⁊ repeto. ꝙ illud fieri nõ opor/
tuit vt probaui. imo nec cõgruũ apud eos
fuit vt deduco. Senſus certe hominis qꝛ
proni ſunt ad malũ ab adoleſcentia quãtũ
cunqꝫ in freno ⁊ chamo conſtringantᷣ: vix
edomari pñt quin effluant ⁊ effrenes fiãt
Dum ergo paruula eis aperitur rimula li
centie/ aut frenum eis tantiſper laxatur/ fi/
unt confeſtim occaſione aſſumpta ex ipſa
licentia deteriores. Omnes eñi deteriores
ſumus licentia vt comicus dicit. Quãob/
rem ſi caſus aliquis fuiſſet: in inſtitutione
prefata cõceſſus expreſſe de comedẽdo car
nes. formidandũ erat ne paulatim ſucce/
dentibꝰ tempibꝰ magis ac magis dilatata
fuiſſet ⁊ extenſa hmõi licentia. ⁊ tandẽ plꝰ
ad voluptatem q̃ꝫ neceſſitateꝫ deſeruiſſet:
Totum hoc declarabũt amplius ſequen/
tia. ⁊ expientia teſte defenditur.

Tertiam poſtremo concluſionem
poſui ꝙ abbreuiatio vite corpora
lis/ aut ſanitatis debilitatio/ non
tollunt rationabilitatem prefate legis aut
ſtatuti. ¶ Non penitus inutiliter tractan
dum hic eſſe arbitror ⁊ declarandũ/ quem
admodum licitum eſt agere multa ſiue tẽ/
poralia ſiue ſpiritualia ſint/ per que et in
quibus/ abbreuiat homo vitam ſuaꝫ. aut
infirmitatis debilitatem incurrit. ¶ Se
cludo tamen in primis ꝙ intẽtio talis ho
minis citius nature conſumentis curſum

id eſt periodū etatis ſue/ non ferat directe et immediate ſuper eo quod eſt abbreuia/ re vitam ſuam. vel corpus in egritudinem trahere/ tanq̄ʒ ſuper fine principali. aut q̄ non fiat pro fine prohibito ⁊ nequā. quē/ admodum multi deſperatorū ⁊ fortunas ſuas ferre non valentiū/ feciſſe leguntur. ⁊ vt ſtoycorum error facere conſulebat. In hoc ſiquidem caſu tales grauiter peccant et per leges merito dehoneſtātur. Hic ha/ bet quoq̄ʒ veritatis locum illa Hieroni/ mi ſententia. q̄ non refert ſi quis per im/ moderatam abſtinentiā ſe paulatim inter ficiat/ aut ſubito. ¶ His premiſſis probo quod aſſumptum eſt. Licere ſcilicet plerū q̄ʒ abbreuiare vitam ſuam/ in varijs occu pationibꝫ ſtudijs ⁊ artibus. ¶ Ad oppoſi tam enim aſſertionem ſequūtur abſurdita tes innumere. inter quas illa non medio cris eſt. q̄ quilibet teneretur vacare ſtudio medicine. aut medicorū conſilijs atq̄ʒ re/ giminibꝫ continue vti deberet. Quare ſic: Conſtat nempe q̄ ex ignorantia medici/ narum preſeruatiuarum ab infirmitate. ⁊ conſeruatiuarū ſanitatis. ex omiſſione in/ ſuper medicinalis regiminis irruimus in crebras egritudines. et vite abbreuiatio/ nem incurrimus. ¶ Rurſus quilibet obli garetur deſiſtere ab operibꝫ et actibus/ ex quibus veniunt cōmuniter debilitatiōes in corpore. ⁊ eiuſdem corruptio velocior ſubſequitur. preſertim dum tempora ſunt intemperata/ ⁊ ex nimio gelu vel eſtu fer/ uido diſcraſiant armoniam debite ſanita/ tis. ¶ Quid proinde: Sic certe agricole/ colere terram. opilio paſcere gregem. vin/ demiator vuas colligere. ruralis falcare fe num vel ſegetes/ curſor legationem exple re/ deſiſteret. Et ita paſſim ī omnibus hu/ iuſmodi penalibus operibus ⁊ debite va litudini non parum aduerſis/ valebit ar/ gumentū. ¶ Ceterum poſito iſto: condem/ narentur omnes diuites qui delicatis ac precioſis alimentis/ non occurrunt mor/ bis pauperuʒ. ſi ſemper modis omnibus licitis et poſſibilibus/ ſit ſanitas in ſe vel alijs de neceſſitate ſeruanda vel egritudo pellenda. ¶ Porro cui dubium eſſe poteſt quin militaris exercitatio ſecum plurima accumulet corporis incommoda. nunc in ipſo belli apparatu. nunc in tentorijs aut caſtris. aut ſub diuo. demum in ipſo hoſti li conflictu. Quis neget in his abbreuia/ ri vitam multipliciter corporalem: Quid enumerem labores eſtus frigora famem: ſitim. curas. vigilias. et vulnera. quibus ipſa plerunq̄ʒ vita funditus extinguitur: Quis tamen dixerit propter hec repelli a militando reges et alios reipublice recto/ res tanq̄ʒ iniuſte agant et in ſeipſos manꝰ inijciāt. ¶ Denicq̄ʒ de ipſis mercatoribus quid dicturi ſunt noſtre poſitioni aduer/ ſantes. d quibus ait Flaccus. Impiger ex tremos currit mercator ad indos. Per ma re pauperiem fugiens per ſaxa per ignes. Quis non videat q̄ tam ipſi q̄ʒ innume/ rabiles huiuſmodi. hec et ſimilia agendo patiendoq̄ʒ/ vitam abbreuiant: Quis ne/ ſciat q̄ egritudinibꝫ varijs atteruntur. Ve rūtamen tpalia ſolūmodo numeramus/ p quibus adipiſcendis. cōſeruandis aut re cuperandis/ non dico infirmitati ſed vite periculo et morti/ licenter nos exponimꝰ. ¶ Concludamus igitur arguentes a mi/ nori ad maius q̄ pro bonis ſpiritualibus adquirendis. cōſeruandis. aut recuperan dis ſeu reſtaurandis. vel pro malis depel/ lendis/ non eſt quōlibet illicitum vel irra/ tionabile ſimilia perpeti. Quāobrem ipſi carthuſieñ. pn̄t ſubijci regule vel ſtatuto/ ad cuius nihilominus obſeruationem/ ſe quitur quādoq̄ʒ abbreuiatio vite corpora lis vel debilitatio ſanitatis incurrit. ¶ Sʒ opponet forte ſcrupuloſior aliquis ⁊ que ret. ſi liceat omnino medicinam ſpernere: Si preterea in enumeratis tempalibꝫ ex/ ercitijs/ fas ſit qualitercunq̄ʒ ⁊ quōcunq̄ʒ vitam conſumere. Et ſi ſic dicatur ſicut di ctū fuiſſe videri poteſt: licebit cuilibet abſ q̄ʒ vitio temptandi deum/ omnibus ſe pi/ culis morborū ⁊ mortis improuidum ob iectare. Iſtud vero nondum quiſq̄ʒ dixit. Reſpondeamus dicentes. q̄ in p̄ſenti ma teria ſicut ⁊ in reliquis omnibus/ obſerua re conuenit prouerbiuʒ illud poeticum/ a Terentio cōmemoratum. Ne quid nimis Quod Oratius plus expreſſit dicēs. Eſt modꝰ in rebus ſunt certi denicq̄ʒ fines. Vl tra quos citraq̄ʒ nequit conſiſtere rectum. Hoc dicit phus deſcribens virtutem eſſe in medio: non quidem indiuiſibili. ſed in certa latitudine prout eſt ſignum ad ſagit tam. ¶ At vero qualiter accipiendum ſit medium huiuſmodi/ ſi quiſq̄ʒ vlterius p/ gat inquirere: Reſpondeat pro me idem phus q̄ medium illud eſt quo ad nos ⁊ vt

ſapiens iudicabit. Nec enī poteſt aliter
ſub generali regula vel arte notificari tale
mediū. Idcirco virtus quā multa gignit
experientia/ certius ꝙ ars ſola/ tale medium
coniecturat. Et q2 attēdit particulares cir
cumſtātias omnes/ clarius ⁊ ſolidius ope
ratur. quāuis ars et doctrina multā afferāt
cōmoditatē. virtutis exercitiū querētibꝰ.
¶ Sufficit ergo nobis ꝑ nunc verificaſſe
id qđ aſſumptum eſt. ⁊ oſtendiſſe/ ꝙ medi
um ſobrietatis ⁊ abſtinētie in ꝓpoſito nr̄o
non ſic iudicabitur a ſapiēte ꝙ omnis de/
bilitatio corpis et omne diſcrimē mortis.
D ſeu male valitudinis/ euitetur. ¶ Sed ve
niamus ad bona ſpūalia. bona virtutum.
poſtꝙ locuti fuimus de bonis tpalibꝰ vbi
longe minus videretur excuſabilis ꝑ adq̄
ſitione earūdē/ abbreuiatio q̄ntalibet vi/
te corpalis. Enumeremꝰ ergo aliquas ra/
dices cauſas vl̄ rōnes ſpūales/ ꝓpter quas
licitū ē vite huius moribūde detrimentū
ſubire vel pati. ¶ Et primo quidem ad
obediendum deo. Deinde ad ſatiſfacien/
dum pro peccato. Rurſus pro iuuamine
caritatiuo proximi. Ceterum pro euitatō
ne grauis ſcandali. Porro ad adquiren/
dum virtutes in ſe vel in alio. Et ad extre
mum pro extirpatione vitiorum ⁊ carnis
ad ſpiritum ſubiectione. ¶ Conſtat enim
quo ad primum ꝙ obedientia poteſt lici/
te impare vt homo ſubeat mortem corpo/
ralem pro fide ſuſtinenda. exemplo marty
rum. vel vbi deus homini reuelaret. quē/
admodum de ſamſone et alijs multis ſen/
tit Auguſtinꝰ de ciui. dei. Habet enim de/
us vite ⁊ mortis imperium. Addo adhuc
ꝙ etiam vbi non obligaretur quis ſeipm̄
prodere qui queritur ad necem quoniam
xp̄ianus eſt. poteſt tamē in caſu/ publicis
tyrannorū aſpectibus p̄ſentare ſe/ et ſpon/
tanee morti tradere ſe. in atteſtatiouem et
laudem fidei ſue. Sic enim plures ex mar
tyribus feciſſe narrantur. qui vel non ceſ/
ſerunt perſequētibus. vel eos cum potuiſ/
ſent/ nulla vi a ſe repulerunt. vt ſancta le/
gio Thebeorū. aut deniꝙ veritatem eis
inuitis ⁊ furentibus/ vltro publicauerunt
Attamen neceſſaria eſt in hoc loco conſi/
deratio particularium circūſtantiarum et
vnctio ſpiritus. docens quando ⁊ vbi hoc
fas exiſtit. Si enim hoc fieri ſemper lice/
ret/ nec fugiſſ3 chriſtus nec dixiſſet apoſto
lis. Cum vos perſecuti fuerint in vna ci/
uitate/ fugite in aliam. ¶ Secunda ratio
ſicut et ſequentes/ rei accōmodabilior eſt
quam agimus. Satiſfactio itaꝙ et iuſti/
cia/ ſepe iubet multa fieri/ per que abbre/
uiationem ſequi vite perſpicuū eſt. Vide
mus hoc in iuſticia forenſi. et penitentia
publica. tam in carceribus ꝙ in alijs vin/
dictarum et punitionum modis innume/
ris. per famem. per ſitim. nuditatem. cilici
um. verbera. exilium. reclusionem: in aere
peſtilenti ⁊ feculento. ⁊ per ſimilia horum
pro peccatis enormibus. In foro etiam
penitentiali quotidianum eſt. Et quis in
dubium reuocat/ quin liceat iſtas punitio
num afflictiones/ deuota voluntate ſuſci/
pere. et ſuſceptas/ pro ſatiſfaciendo iuſti/
cie et deo pro peccatis/ laudabiliter tolera/
re. Eſt quorundam opinio de condemna
to iuſte ad mortem/ per ſuſpendium ꝑ car
cerem aut famem/ ꝙ poteſt abſꝙ delicto
ſubterfugere/ ſi nihil obſtet euaſioni ſue.
cuius oppoſitum/ non improbabiliter tra
dunt alij dicētes ꝙ manere tenetur. ne vio
let iuſticiam ⁊ ſententiam publicam in ſe
latam. Nihilominus quocunꝙ modo ſe
habeat veritas de obligatione ad vnū iſto
rum vel ad alterum/ neminē dubitare ar/
bitror quin condēnatus aliquis talis ad
extremū ſupplicium/ meritorie poſſet nō
fugere/ cum pateret exitus liber per negli/
gentiam cuſtodum. ⁊ poteſt vltro ſubire ⁊
expectare ſententiā quam ſcit a ſe meritam
et a iuſto iudice fulminatā. Sed et videri
poſſet non eſſe penitus improbabile/ ho/
minem criminoſum/ poſſe adiudicari vt
ſeipſum per ſe puniret quēadmodum per
alios iuſtiſſime fit. ſiue per mortem ſiue ꝑ
famis inediam. ¶ Ex hac conſideratione
forenſ et publice iuſticie/ rationabilit̄ col
ligitur iuſtificatio religionis carth. immo
et alterius auſterioris. Cur enī non pote/
rit aliquis peccatoꝝ ſuoꝝ ⁊ flagitioꝝ con
ſcius/ que demeruerunt mortem eternam.
imo ⁊ temporalem ſi publicarentur. cur in
quam non poterit talem rigorem vite/ a
ſuo iudice ſecreto cui confeſſus eſt impoſi
tum tolerare. aut conſultum ſuſcipe. quan
ꝙ multo minus preuideat ſe victurum et
infirmitatibus fatigandum: Legat Joh.
heremita montis ſynai. qui climacus dici
tur. in illo gradu ſcale myſtice. in quo ď pe
nitentia loquitur. Refert profecto ſtupen
da. et forte magis admiranda ꝙ imitanda

ſuper voluntario carcere quorūdam deuz
placare ſibi volentiū. Ex horum ꝓſpectio
ne ſedula liquet/ q̄ rationabilis ſit ꝑ pec/
catorib9/ carthuſienſiū in viuendo ſeueri/
tas. imo ꝛ pro iuſtis. quatinus deo ſatiſfa
ciāt pro peccatis ꝓprijs vel alienis. tempe
miſcōie. ne ſeuerius puniat incōpabiliter
A ille purgatorius ignis aut gehēna. ¶ Ter
tiam rationē aſſignauim9 caritatē erga ꝓxi
mum. Poteſt nimiruz caritas fraternalis
imitatrix eſſe xpi. qui peccata noſtra ipe tu
lit. ꝛ languores noſtros ipe portauit. Sic
venerabilis ꝛ ſanctus paulinus Nolane
vrbis epus/ pro filio vidue duram ſeruitu
tem barbaroꝝ ſponte ſubijt. Sic venera/
bilis ſanctulus/ pro diacono morituro ſe
met prebuit mortis diſcrimini. Sic deni
q̄ olim fieri ꝛ nunc in eccleſia quotidie ꝑ
ſpicimus. Nam ꝛ ob hanc precipue ratio
nem/ fuerunt religiones inſtitute ad ſatiſ/
faciendū pro peccatis fundatorū. ꝛ gene/
raliter omniū. Sunt nempe aliqui in ſta
tu plangentiū. ſicut alij in ſtatu actiuoruz
iuxta varietatē donorū ꝛ officiorū corpo/
ris xpi myſtici que diſtribuit ſpūſſanctus
prout vult. Si fas ē ergo (ſicut fas eſt im/
mo merces magna) pro aliorū delictis ſa/
tiſfactionē in corpore ꝓprio ſuſtinere: lice/
bit vtiq̄ conſequenter vitam in hoc exer/
citio breuiare. ¶ Laudatur imperatoris
illius iuſticia ꝛ caritas. qui pro filio vidue
ad excecationem amborum oculorum ad
iudicato/ oculi vnius ſaluationem in filio
proprio/ alterius oculorum ſuorum iactu
ra redemit. Collaudatur poſtremo illius
amoris pax ꝛ vinculum inſigne apud phi
loſophos. vbi vterq̄ amicorum viciſſim
pro altero concertabat occumbere. Simi
le de virgine quadam Anthiocena ꝛ mili
te tractat Ambroſius declamatorie. Cur
ergo careant preconio ipſi carth. cur non
magis attollantur laudib9 ſuper eorum ca
ritate. q̄ quādoq̄ a proprijs ꝑeccatis im/
munes ꝛ expurgati. nihilominus ferūt ſu
per ſe crimina aliorum. in abſtinentijs et
infirmitatibus plurimis. et quodāmodo
animā ſuam pro alijs ponunt. Collaudā
di profecto ſunt. obtrectatores eorum op/
probrio digni. preſertim ſi eccleſiaſtici ſūt
Naz que impietas eſt/ eos illud in alijs in
culpare quod ſuū deberet eſſe officium: ex
ercere ſcz ſemetipos in talibus abſtinētijs
et ſi non omnino taliter pro ſalute fideliū

et diuina placatione promerenda ꝛ aduer
ſis poteſtatib9 debellandis. Naz arma cle/
ricorum/ ſunt ieiunia. planctus et lachri/
me. ¶ Ceterum in quarta ratione poſui/ D
mus euitationē ſcandali. Pro quo nō di/
co mala valitudo ſed ipa etiam mors ſub
eūda nōnunq̄ eſt. Audiamus aplm. Si
eſca inquit ſcandaliſat fratrē meū/ nō mā/
ducabo carnes in eternū. Sit ſm hoc ali
quis poſitus in vltima neceſſitate famis/
coram idolatris. non alijs cibis veſci per/
mittunt eum q̄ idolothicis. nūquid non
ſubibit talis prius mortem famelicus/ q̄
comedat in ſcandalum ſue fidei. apud ido
latras. aut apud fratres xpianos ſimpli/
ces. ſi ex hoc eſu pati ſcandaluz probabili/
ter formidetur: Puto inſuper apoſtolum
magis ad euitationem ſcandali puſillorū
q̄ ad ꝓpriam corporis refrenationē aſpe/
xiſſe cum dicit. Caſtigo corpus meū et in
ſeruitutem redigo. Cur hoc agis Paule:
Ne inquit cū alijs predicauero/ ipe repro
bus inueniar. Nolo dicāt auditores mei:
Iſte plenus ventre/ de ieiunijs predicat.
Iſte repleta burſa aut arca argento auro ꝛ
veſtibus plurimis. frugalitatē nobis libe/
ralitatēq̄/ ꝛ indumentoꝝ ꝑcitatem ſuade
re conatur. Medic9 eſt. curet primo ſeipm.
Videtis hic magiſtri ꝛ fratres/ q̄ neceſſa/
ria eſt amplior vite auſteritas in p̄dicato/
ribus p̄latis ꝛ curatis q̄ in alijs. et ſi non
ob aliud: ad hoc tm̄ qꝛ alioquin efficax red
dunt verbū ſuū. aut oblocutiones a ſubdi
tis ſuis patiunt. Nec excuſant penitus. q̄
uis edomitā ſentiāt carnē ſuā. aut ſi ob in
de pati vite carnalis diſpendiū ꝑtimeſcāt
Traducam9 nūc ad rem que tractat rōem
hmōi. ¶ Sit aliquis carth. vir ꝓbat9/ in
vltima egritudine cōſtitutus/ a qua libe/
rabitur ſi carnib9 vtat. ꝛ ſciat hoc ipe ſeu
per reuelationē ſeu ꝑ medicoꝝ finalē atte/
ſtationē. ſeu qꝛ tale eſt ſuū dictamen ꝯſcie.
Aiaduertat nihilomin9 queadmodū veri
ſimile eſt/ q̄ comeſtione ſua/ fratres alij vl
p̄ſentes vel abſentes ad quos fama vola/
uerit ſcandaliſabunt. tum qꝛ inſolitū ē. tū
quia nō ſufficienter erūt informati de caſu
neceſſitatis ſue extreme. Deniq̄ qꝛ tēpta/
buntur vehemēter ad exemplū illius aſſu
mere ſibi carnes in cibos. etiam preter et
extra neceſſitatē extremaz. Formidabit ꝓ/
inde vir hmōi non abſq̄ ratione/ ne rigor
ordinis paulatim laxatus/ tandez fundit9

euaneſcat neq̃ remedij loc⁹ habeat. Que
ratio: quia nimiruȝ ſemel lapſa religio (vt
expti ſcripſerūt) nunq̃ aut vix reparari põt.
Noua facilius a fundamētis conderetur.
pñt quelibet ſup hoc certū reddere aliena
facta multarū religionū. que ab initio ſum
me diſcipline fuerunt. ſed ꝑ licentias ⁊ la/
xationes primit⁹ modicas/ deinceps ma/
iores/ in hanc tantā effrenationem corrue
runt vt nihil plus abſtineant a ſecularib⁹
nulla in ſilentio. in ieiunijs. eſu carnium.
et alijs diſciplinis diuerſitas inuenitur. in
tantū quidem. vt apud multos ſtupor ſit.
ſi cum profeſſionis ſue ⁊ voti integritate ⁊
ſtatu ſalutis/ tales viuere arbitrent̃. ¶ Sȝ
relinquēs alios ſibiipſis. Quero ſi carthu/
ſieñ. ille quē loquimur/ teneatur aut ſalteȝ
iure poſſit in caſu noſtro abſtinere a carni
bus/ dum talia pie recogitat. reuoluit ⁊ for
midat: Eſtimo plane neminē ſane intelli/
gentium vnq̃ dubitaturū/ quin hoc poſ/
ſit. ⁊ plures ſpero dicturos fore ꝙ ad hoc
pro ſcandali vitatione obligatur. Siqui
dem plus eſt anima proximi q̃ corpus ꝓ/
prium aut eſca. Quanto plus ergo eſtimā
deſunt tot anime pñtes ⁊ future. imo to/
ta carthuſieñ religio. tota ſeueritas. totaq̃
diſciplina. Ut quid probatus vir/ pro mo
dicis vite diebus iam velit nolit ꝑituris/
tale religioni ſue diſcrimē afferret: Ut q̇d
preterea pro reſtauratione membri pereū/
tis ⁊ paulo poſt neceſſario deſerturi/ totuȝ
corpus myſticum in ceteris ſaniorib⁹ mē/
bris detrimentū patietur: Quomodo da/
bit totum vite florem pro fratribus iſte/ q̇
tanta cupiditate particulam egram ⁊ mar
cidam/ cum eorum nocumēto retinere co/
natur: Non eſt ad extremū fidus miles et
ſtrennuus ille/ qui plagas ſuas ſtatim re/
foueri aut ſanari querit/ cum totius ſui ex
ercitus deordinatione periculo vel ſtrage
Puto certe glorioſus ille confeſſor marti/
nus/ non feciſſet in hac re ſcrupulum. qui
ſuadentes corpus in vltimo agone conſti
tutum/ ſtramentis mollioribus confoue/
ri/ magna grauitate cōpeſcuit. Sinite in/
quiens fratres ſinite. Ego ſi aliud exem/
plum vobis relinquo/ peccaui. ¶ Eſto ꝙ
homo ſingulari voto perpetue alicu⁹ ab/
ſtinentie conſtrictus/ ſoluere illud pro vl/
tima neceſſitate deberet. Eſto ſimiliter ꝙ
carthuſieñ. aliquis ad hoc teneretur vbi
ſufficienter ſibi conſtaret de nullo ſubſecu

turo fratrum vel ordinis ſcādalo: Nihilo
minus quia rariſſime ⁊ quaſi nunq̃ circū
ſtantie tales pariter cōcurrūt apud carthu
ſien̄. potuit cū omni rationabilitate ferri
ſuuȝ generaliter de non comedēdo carnes
ſtatutū. ¶ Nouiſſime ſermonē abbreuiā/ P
tes/ tractemus ſimul poſtremas duas ra/
tiones. adquiſitionē ſcȝ virtutū. ⁊ extermi
nium vicioꝝ. propter quas debilitare cor
pus/ ⁊ abbreuiare vitam/ plerūq̃ fas eſt. ⁊
aliquando neceſſitas. ¶ Propoſuit ſalo/
mon a vino abſtrahere carnem ſuam: vt
animam ſuam transferret ad ſapientiam.
Daniel ⁊ ceteri ꝓpherarū vt diuinis reue/
lationibus eſſent idonei/ pene ſupra vires
corpus ſub abſtinentia macerabant. Am
plius tradunt in cōtemplationib⁹ experti
non poſſe animā ab egypto tenebroſe car
nalitatis niſi per deſertum fortis cōtritio/
nis carnalis. corꝑaleq̃ abſtinentiā faciat
non ſolum a ſuꝑfluis ſed a multis etiā ne/
ceſſarijs. Ad hoc traduci poteſt etiaȝ illud
Greg. Nemo poteſt apphendere qđ ſupra
ipm eſt. ſi prius neſcierit mactare quod eſt
Bernard⁹ hoc in ſeipſo ⁊ ꝓprio corꝑe exple
uerat. qui ꝓpter hoc in egritudines perpe/
tuas inciderat. Hanc eſſe cauſam opinor
ꝑcipuā: cur tanta eſt raritas tpe noſtro/ eo
rum qui ↄtemplationis arcē aſcēdant ⁊ il
lic ſtent. Exigit̃ quippe ad hoc/ ſobrietas
non illa tm̄mō que ſeruat mandatū ⁊ pec/
catum eximit. ſed multo aſperior ab initio
atq̃ rigidior. Tribulationes itaq̃ corꝑis
dilatant animā ad ſuꝑiora. ⁊ ad inferiora
ne dilabatur ſtringunt. Sic nō inueniēs
anima vbi ſue affectionis pes dilatet̃ aut
quieſcat. quoniā inundauerūt aque tribu
lationis ſuꝑ terram ſenſualitatis/ regredi
cōpellitur cū columba ad interioris arcaȝ
quietis. Qui vero ieiunij talis atq̃ tribu/
lationū ceterarū aſperitatē/ a ſe iugiter re/
pulerit/ mirabor ſi non expers erit eleuate
cōtemplationis. Etſi non aſſidue per ima
ſerpet eius animus. contētus cōmuni mō
cognitionis aliorū ſicut a cōmuni ritu vi/
uendi vel ad tempus non ſemet abducit.
Uidetis ergo quantū ſeruit cōtemplatio/
nis virtuti in qua felicitatē phi poſuerūt/
ipſa victus aſperitas. ¶ Porro quid aget
fortitudinis virtus. quid zelus animarū:
quid ſpes. quid fides ⁊ caritas. vel vt ipſe
in hominib⁹ generentur vel genite conſer/
uentur. augeant̃ roborentur: Eſtimo non

magnipēdent corporis iacturā/ dūmodo
per eā finis ſuus habeat. ¶ Ceterū atten/
de tibi quid debeas aīe ſanitati ⁊ curatio/
ni a vicijs. quādo vt corpus redimas/ fer/
rum patieris ⁊ ignē inquit Naſo. ¶ Dice
rent aliqui. ſed nō determino. ꝙ ꝑ euitatio
ne doloris nimij aut deformitatis/ fas eſſꝫ
alicuiꝰ morbū mēbri incuratū relinquere:
ex quo tamē morbo dimiſſo/ breuiaret vi/
ta. Hec abbreuiatio quāto rōnabilius to/
lerabitur ad euitandos dolores nō momē
taneos ſed pro vicijs puniendis ſempiter
nos. ¶ Addamus ꝙ conſuetudo naturaꝫ
īmutat vſqꝫ adeo / vt venenū cibꝯ eſſe poſ/
ſit. Multos iam audiui alteriꝰ religionis.
quibꝯ in egritudine vſus carniū cōceditur
dicentes abominationē eis fieri ⁊ nauſeaꝫ
ſi carnes guſtent. Maluntqꝫ iugiter carere.
tantū valet in eis cōſuetudo. quā phs alte
ram dicit eſſe naturā. ¶ Eſto deniqꝫ ꝙ ex
eſu carniū proueniret in caſibꝯ predicte ne
ceſſitatis/ ꝓlongatio qualiſcunqꝫ viuendi
quis nouit ſi deterior ex hoc poſtmodum
egritudo ⁊ laſſitudo ſequet᷑: Audi ſimile.
Eſſent aliqñ potiones quedam medicina
les vtpote laxatiue ſatis idonee pro pſenti
ſtatu patientis. diſſuadent illas fidi medi/
ci. ne ex vſu talium/ pigra ⁊ ſegnis in futu/
rum reddatur natura. ¶ Subinde creda
mus expertis. Aſſerentem itaqꝫ audiui vnū
de Carthuſienſibꝯ virum plane doctiſſi/
muꝫ. ꝙ plures numero morerent᷑ aut egro
tarent in eorum religione/ ſi carnibus vte/
rentur. Cauſam addebat ꝙ vigilie ⁊ ſoli/
tudo ⁊ quies ceteraqꝫ deuotōnis huiuſmo
di exercitia/ digeſtionem impediunt. et ita
cruditatem quādā in ſtomacho relinquūt
Addo aliam qr vix aut raro/ temꝑant᷑ ⁊ ſo
brie/ inter hec gule incitamēta verſarētur:
Nam cur ob aliud ſapiens vnus medico/
rum dixit/ plures occiſos gula qꝫ gladio:
Quod ſi nullus diceret/ tamen expientia
loquente cognoſcitur. Cur aliunde prete
rea religioſi ⁊ rurales a carnibꝯ imo ⁊ a vi/
no ⁊ a ceteris gule blandientibꝯ cibis lon/
ge factis/ ſenectam maiorem ſepius attin/
gunt qꝫ alij voluptuoſe et opulente talibꝯ
enutriti. Preponderant ſcio ille que ani/
mam reficiunt cauſe quas diximus vt de/
fendatur ſobrietas. tamen ita loquendum
fuit carnalibꝯ qui carnalia pferunt. Ita eo
rum iniquitatē mentiri ſibi/ docere debui
mus. qui abbreuiationē viuēdi alijs obij/

ciūt pro crimine/ ſuā vitā frequentius ⁊ o
deus quāto indecētius nequius ⁊ ſordidi
us ſua voracitate ⁊ ingluuie mactant ſuf/
focant ⁊ necant. Quoniaꝫ in multis eſcis
(iuxta ſapientis verbū) multa eſt infirmi/
tas. Et ſm ꝓprietatē virgiliani verbi. mul
tos etiam viuos vinū ſomniūqꝫ ſepeliuit.
¶ Poſtremo quid eradicatio vicioſarum
libidinū in ſeipo feruentiū fieri ſuadet. qñ
nōnulli quia occaſionē preſtabat alijs lu/
xurie ſua pulcritudo/ ſeipos lacerabant in
facie. aut cum ſuis ꝑiculis ingentibꝰ exu/
les aufugerunt: Vulgata eſt ioſeph hiſto
ria. necnon benedicti bernardi ⁊ ſimilium
Repertus eſt mihi inſuꝑ vnus ſanctoruꝫ
patrum. qui vt elationem ex ſuis viribꝯ cō
ſurgentem cōpeſceret in anima/ magnis a
deo precibꝯ obtinuit. vt demoniace paſſio
ni corpus ſubiaceret. ¶ Nō euagemur vl Q
terius in materia latiſſima d᷑ adquiſitione
virtutū ⁊ amiſſione viciorū. ſtringatur ſer/
mo ad virtutē vnicā caſtitatis. ⁊ queſtionē
queſtione veluti clauū clauo retūdamus.
Quero ab aduerſarijs ſi vouere liceat ꝑpe
tuam caſtitatē. Non ita impudenter deſi/
piunt vt hoc negent. Non negabunt inſu
per quin dabilis ſit caſus neceſſitatis ex/
treme: quo vel a tyranno aliquo vel ꝓpter
abūdantiā obſceni illius humoris putre/
ſcentis (vt fieri poteſt) ꝑiclitabit᷑ vita eius
qui vouit caſtitatē ſi nō ſumat ab ope car/
nali remediū. Peto ergo ſi talis non dico
fornicari vel adulterari ſed mr̄imonialiter
vxorem aſſumere/ ⁊ eam carnaliter cogno
ſcere poſſit ⁊ debeat. quoniaꝫ hoc agendo
diuturnius viueret vt ſupponitur: Si rñ
deat ꝙ votū caſtitatis impedit mr̄imoni/
um cōtrahendū/ etiā in illo caſu neceſſita/
tis extreme. Quero primo Vñ hoc habet
vt cū votū illud humana tm̄mō volūtate
emiſſum fuerit. ac ꝓinde ꝑcepto illo diuio
nō occides quo pacto poteſt obuiare: Ita
enim prius argutū eſt in ſcda concluſione
Rurſus poteſt ſibi a papa cōcedi diſpenſa
tio contrahendi. qua diſpenſatione facta/
nunquid vxorari tenebitur pro licito vſu
carnali ſaluatiuo vite ſue. aut ſi poterit ſub
ire mortem ne caſtitas ſua virginalis aut
vidualis depereat: ¶ Si primum nobis
donent/ cur non ita dicere poſſumus ꝙ
non obſtante cauſa neceſſitatis extreme
aut ſuperioris auctoritate/ poteſt perpe/
tuo voueri certa ſobrietas ſicut et caſtitas.

Si vero dicant iuxta cõiorẽ opinionẽ/ꝙ
talis etiam non vouens/ poſſit licite pati
mortẽ pro ꝯſeruatione caſtitatis ꝑpetue.
quãuis hoc pati nequaq̃ obligeť. Velle;
deſiderare vt nobis darent diuerſitatis ra
tionem in caſtitate ꝛ ſobrietati. quare non
vtrobiq̃ erit ſimilis hu⁹ diuini precepti
tranſgreſſio Non occides. nunquid talis
ꝑſeuerãter caſtus ĩ caſu noſtro/ita ſeipm
ꝑimere dicendus eſt interpꝛtatiue. qꝛ ad vi
tam ſeruandã patet eidẽ licitus exitus per
matrimoniũ. ſicut de ꝑſeuerãter abijcien
te carnes nobis opponunt. ¶ Diceret foꝛ
taſſis ꝙ nulla eſt ponderatio digna conti/
nentis anime ſm ſapientẽ Vinculũ in ſu/
per matrimonij non temꝑale eſt ſed perpe
tuũ ꝛ multa ſecũ fert incõmoda. Tribula/
tionem inquit aplꝰs habebũt hmõi. No/
lo hic ꝑtinaciter ꝯtendere. nec in alterutrã
partem fixa; ferre ſnĩa;. nolo. qm̃ quicq̃d
dicať pro nobis eſt Nam ſi moꝛs ꝓ caſtita
tis virtute tolerať/vbi etia; ſine delicto pa
teret euadendi libertas/ fas eſt ꝓ virtutis
adeptione vel ꝯſeruatione/vitã non ſolu;
abbꝛeuiare. ſed etiã vltro ꝑdere. qꝺ hic ꝓ/
bandũ aſſumebam⁹. Si vero moꝛs vſq̃
quaq̃ declinãda eſſet in caſu neceſſitatis
talis. ꝛ tamẽ votũ caſtitatis nõ indiſcrete
factum fuit quanq̃ talẽ caſum non exeme
rit/cõuincit ſimilitudo ꝙ ſtatutũ de abſti
nentia a carnib⁹/rõnabiliter factũ vel latũ
eſt. etiã ſi nulla ſit exceptione ꝑ expꝛeſſa ver
ba vallatu; ꝓut in ſcđa ꝯcluſione dicebať

R ¶ Ommuteſcãt ergo obtrectatoꝛes q̃libet
cõtra ſanctã carthuſie ſobꝛietatẽ. quin po
tius venerenť ipam tanq̃ imitatricẽ Joh:
baptiſte abſtinentiã. ſm ꝑñtem lectionis
noſtre textũ. tanq̃ inſuꝑ ſanctoꝝ patrũ re/
pñſentans exempla atq̃ veſtigia. Accepteť
pterea. tanq̃ ſatiſfactoꝛia ꝓ ſuis alienis q̃;
delictis ex magno iuſticie atq̃ caritatis ze
lo. Collaudeť etiã velut ꝓficiens alijs ex/
emplo ꝛ merito. Deniq̃ ſuſcipiatur quaſi
generatiua virtutũ. tam moꝛaliũ q̃ intel/
lectualium et vitioſarũ cupidinum poten
ter repꝛeſſiua. ¶ Nunc ad medicos cõuer
ſus obſecro ꝛ obteſtoꝛ eos ꝑ ſalutẽ anime
ſue/quatinus artem ſuã que eſt de meden
dis coꝛpoꝛib⁹/ arti artium que eſt regimẽ
animaꝝ nequaq̃ ope vel cõſilio dãnabili
anteponãt. ſciant ꝛ obſeruẽt: qm̃ ſicut ani
me coꝛpus/ita medicinã theologie et mo/
rali ſcie/ſicut architectonice. ſubijci equu;
eſt ſeruire ꝛ ancillari. Ad nullam idcirco
ſanitatem coꝛꝑis/medicus aſpirare debet
modis aut remedijs/anime ſaluti contra/
rijs. alioquin abutitur arte ꝓꝓꝛia. ꝛ deum
in ſe ꝛ in pꝛoximo grauiter offendit. Cau
tum ergo ꝛ virtuti conſonũ dent ſuis egro
tantibus. ꝓſertim religioſis conſiliũ. Ca/
ueant nedum ſanare coꝛpus alienum ſtu/
dent. ſaucient animã ſuam ꝛ alienam. aut
ne deo irato/vtrunq̃ coꝛpus ꝛ aĩa pereat.
Si altiſſimus e terra medicinã creauit ſi/
cut affirmat ſapiens/non impugnent que
ſo deum per donũ ſuum. Audiant medici
eiuſdem ſapientis conſiliũ vt oꝛent deum
vt pꝛoſperenť in manib⁹ opera eoꝝ. Sic
enim ſm eiuſdem pollicitationẽ/diſcipli/
na medici per quã ſe ſuãq̃ artem deo ſubij
cit/exaltabit caput eius. ¶ Ad nouiſſimũ
nolo putet me aliquis ꝑ dicta quecũq̃ ꝑce
dentia/ſecludere velle diſcretionis virtutẽ
in abſtinentia vel ſeruanda vel aſſumẽda
Scio itaq̃ ꝛ ſic patres determinãt/ ꝙ ad
deterioꝛẽ exitum ꝛ cui minus eſt remedij/
trahit abſtinẽtia indiſcreta q̃ edacitas im
moderata. Hec aũt diſcretionis virt⁹ nun
q̃ melius q̃ in humilitate ꝛ obedientia ſ/
uatur. dum videlicet ꝓpꝛius ſenſus deſeriť
et alieno pꝛudentũ ꝛ expto ꝝ ꝯſilio/ꝓmpte
paret atq̃ ſubijcitur. Hec aũt obedientia
diſcretionis mater/vbi meli⁹ q̃ in religio/
num ꝓfeſſoꝛib⁹ locum habet: Illic inuigi
lat ſuꝑioꝛũ exercitata diſcretio. vt ſuã vni/
cuiq̃ pro qualitate ꝯditõnis loci aut tꝑis
abſtinentiã limitet ꝛ menſuret. ne qꝺ pro
diuino officio ſancitũ eſt/tollat illud aut
notabiliter impediat. Sciunt ꝙ coꝛꝑalis
exercitatio ad modicũ vtilis eſt/niſi ꝓ q̃n/
to iuuat pietatẽ que ad oĩa valet. ¶ Sed S
poſtulabit a me foꝛſan aliq̃s min⁹ inſtru/
ctus. quid potiſſimũ in abſtinẽtia ne imo
derata ſit pꝛudens rectoꝛ attendit: Rñdeo
ꝙ non laboꝛes. nõ vexationes. nõ pꝛoin/
de abbꝛeuiationẽ iſtam vite coꝛꝑalis. tãtũ
dem cõſiderat/quantũ ne ſenſus efficianť
hebetes ac ſtolidi/per exceſſiuã in ieiunio
aut fletu abundantiã. et vt non ex ꝯñti ra
tionis iudiciũ euertať. ſenſib⁹ eteñ vehe/
menter leſis/ leditur exinde rationis vſus
propter cõnexionẽ mutuã pro ſtatu pñti
ſenſus ad intellectũ. Sit ꝯcedo quantuſ/
libet abſtinentie rigoꝛ. dũmodo ſana ꝛ in/
tegra ſenſuum viuacitas et iudiciũ ratio/
nis imperturbatũ maneat. ſalua erũt oĩa.

Atuero ſi cōtra hanc ſenſuū ⁊ rationis in/
tegritatem aliquis ſupior a ſubditis extor
quet abſtinentiā etiam in die veneris ſan
cta. etſi nō pro impari potentia tolerandi
(qm̄ nō omnia poſſumus oēs) ille diſſimi
liter onera abſtinēdi diuidat ſingulis ꝓut
opus habent/ Affirmo ꝙ iam non diſcre/
tor ſed deſtructor. non tutor ſed tortor ha/
bendus eſt. ⁊ tanꝙ̄ pernicioſa peſtis decli
nandus. Nā quid fit in ſubito leſa ſemel
ratione ex ſenſuū ꝑturbatione? Reddit ſi/
quidem hebes. aſper. attonitus. ⁊ intracta
bilis. velut aīal brutū. nec iam rōnis vſu
ducitur. ſed furoris ⁊ inſipientie cuiuſdā
beſtialis impetu circūagitatur ⁊ raptatur
Ruit poſtremo in hanc deſperate ꝑditio/
nis foueam. vt ſibi ſapiens videat qui ſto
lidus eſt. ſe ducem eſſe vult qui cecus eſt.
et qui ꝓprij inops eſt ⁊ ſalubris cōſilij/ alie
no ꝓrſus obedire recuſat. Cur ita? q꞉ iam
ambulat in magnis ⁊ mirabilibꝯ ſuper ſe.
Iamꝗ reuelationibꝯ inſolitis et miracu/
lis faciendis ſe cogitat idoneū. Iam ſom/
nia. iam fantaſias omnes portētuoſas/ ꝓ
viſionibꝯ autēticis acceptat. Iam deniꝗ
niſi miſereat ex alto deus/ proxim⁹ eſt cor/
ruere e monte illo ad quē angelus aſcēdit
et deſcendit diabolus. ¶ Videtis ꝙ̄ neceſ
ſaria ſit in rectoribꝯ pia diſcretio ⁊ diſcreta
pietas. que ſubditos velut cithare cordas
nec molleſcere nimis ſinat nec lenteſcere ꝑ
deſidiam. nec ſupra modum tendat ne rū/
pantur per ſtoliditatē ⁊ inſipientiā. Op⁹
profecto plenū difficultatis. plenū pericu
li ⁊ multe vigilie. ſed meriti grandis ⁊ lau/
dis excelſe. nec deerit pie poſtulantibꝯ vn/
ctio ſpiritus que docet de omnibus. ¶ Ex
his ad extremū perpendere fas eſt/ ꝙ̄ peri/
culoſa ſit indiſcretis ſolitudo. quia cū ceci
derint/ non habent ſubleuantē. Secus in
religionibꝯ bene inſtitutis reperit. ¶ Hec
habui que dicerē ſuper queſtione propoſi
ta de non eſu carnium. quanꝙ̄ breuitatis
amor/ quedam intacta ⁊ quedam inptra/
ctata deſerere cōpulerit. Hec eſt laudabi/
lis ⁊ ab indiſcretione libera ſanctoꝝ patꝝ
abſtinentia. quā etſi peccator ⁊ ſecularis
imitari non valeo/ aut non ſatis volo. ve/
neror tamen in alijs. āmiror ⁊ colo. venerā
dam inſuper colendāꝗ libens denuncio
et libera voce defendo. Spero equidē ex
hac pia ſedulitate/ fructū orationū ſuarū
mihi profuturū apud illū qui iuſſit ne gra
uarentur corda noſtra in crapula ⁊ ebrieta
te. dn̄m noſtrū Ih̄m xp̄m qui eſt benedi/
ctus in ſecula ſeculoꝝ Amē. ¶ Explicit

# Sequūtur quedā

propoſitiones excerpte de lectione cancel
larij parif. Anno dn̄i. M. cccc x. apud ſan
ctum Victorem. occaſione cuiuſdam du/
bitationis in facto vnius militis carthu/
ſienſis.

COnuertamus nūc ſermonē T
ad deciſionē ꝑdicte dubitatō
nis lr̄alis/ de vellicatione ſpi
carum alienarū per diſcipu/
los xp̄i. an ſcꝫ illic furti vera
ratio. ⁊ ex ꝯſequenti ad reſtitutionē fuerit
obligatio. ¶ Introducit hec dubitatio q꞉
lr̄alis eſt. Ex vt inquiſitionibꝯ aliquibꝯ no
uiter factis fiat aliqua ſatiſfactio. de obli/
gatis ex furto vel mutuo. ſi ꝑ religionis in
greſſum ſint imunes a ſoluēdo. ¶ Sup/
ponam⁹ in primo deſcriptionē furti. Fur/
tum eſt contrectatio rei aliene/ inuito dn̄o
Hec eſt ſuccincta et generalis furti deſcri/
ptio. cui⁹ declaratio patere poterit ex corol
larijs ſequētibꝯ Supponēdo ꝙ dominiū
rerū eſt duplex. vnum diuinū. aliud huma
nū. Humanū eſt duplex naturale ⁊ ciuile
ſeu politicū. De primo ſcriptū eſt de deo.
Domin⁹ vniuerſoꝝ tu es. De altero dicit
apl's ꝙ oīa noſtra ſunt. Et xp̄s. Primum
querite regnū dei ⁊ iuſticiā eius. ⁊ hec oīa
adijcient vobis. De tertio ſcribunt ipe le/
ges ciuiles ⁊ canonice ſicut etiā ſcriptura
ſacra ſepe ꝯmemorat. ¶ Primū fundatur
in titulo creationis ⁊ gubernationis rerū
Scōm in titulo caritatis ⁊ iuſticie. Terti
um in regulis legis ciuilis ⁊ canonice poſt
peccatū. ¶ Dicam⁹ ergo veluti corollaria
declaratione/ ⁊ declaratiua ꝯſecutione/ ꝙ
deo approbante vel iubente detentionem
vel cōtrectationē cuiuſcūꝗ rei/ nullū com
mittit furtū ab eo qui talem ſe habere ſcit
approbationē. Sic excuſant filij iſrahel a
furto dū ſpoliauerunt egyptios. Et intelli
gitur dū talis vtit ⁊ mouet in hac ſpoliatō
ne/ auctoritate legis diuine. non ꝓpria libi
dine rapiendi. ¶ Dicam⁹ vltra. ꝙ in abu/
ſu cuiuſcūꝗ rei contra legē dei/ ꝯmittitur
aliquo mō furtū. q꞉ fit quedam ꝯtrectatio
rei aliene q̄ ſcꝫ eſt ipſi⁹ dei. inuito eo. i. ꝯtra
dicente ⁊ vetante. ¶ Sequit ꝙ quilibet V
iuſt⁹/ pōt vti re qualibet/ ſine furto. et hoc

vtendo ſm leges ipſius caritatis.qꝛ ſm eā
eſt dn̄s omniū omnia poſſidēs ⁊c̄. Da op
poſitū.iam fieret extra caritatē.in cuiꝰ titu
lo fundaꝛ hoc dn̄iū3. ¶ Sequiꝛ ꝙ omnis
peccatoꝛ qui abutiꝛ creatura / dici pōt fur
cōtra quēlibet iuſtū.qꝛ abutiꝛ re iuſtoꝝ
ipſis nolentibꝫ hūc abuſu3. ¶ Sequiꝛ ꝙ
vtens re que a nullo pro tūc poſſeſſa eſt ci
uiliter/nō eſt ex eo fur cenſendꝰ.qꝛ qd̄ nul
lius eſt occupāti cōcediꝛ. ¶ Sequitur ꝙ
vtens re quā quilibet habet ꝓ derelicta vl'
tanq̄ ꝓ derelicta ſm interꝑtatōne3 iuris/
non eſt dicendꝰ fur. Et hic fundaꝛ rationa
bilitas ꝑſcriptionis ⁊ iuſta detentio rei q̄
prius fuit aliena. Iuſta inquā nedū in fo/
ro ꝯtentioſo ſed cōſcientie. ¶ Sequiꝛ ꝙ
vtens re aliqua in caſu neceſſitatis extre/
me/nō eſt cenſendꝰ fur.quia nō fit hic con
trectatio inuito dn̄o ſm iuris diuini ⁊ na/
turalis.imo ⁊ ciuilis interꝑtationē. Con/
cedunt enī in caſu neceſſitatis oīa eſſe coīa
put in textu p̄nti ſufficiēter fundatum eſt.
¶ Sequiꝛ ꝙ vtens re modici preciȷ̄ q̄ q̄ſi
pro nullo reputaꝛ/ nō debet cenſeri fur. qꝛ
nō iudicaꝛ ꝙ dn̄s hoc nō velit/ aut nō vel
let ſi hoc ſciret. Attendiꝛ aūt modicitas ꝑ/
ciȷ̄ ſm ꝑſonarū ⁊ rerū ⁊ tempoꝝ ⁊ aliarum
circūſtantiarū qualitatē. aut ſm iuris aut
dictaminis recte rationis interꝑtationem
quia qd̄ vni parū eſſet alteri multū reputa
tur. ¶ Sequiꝛ ꝙ apl'i non ꝯmittebāt fur
tum in vellicatione ſpicarū.qꝛ res modici
preciȷ̄ erat.eos inſuꝑ excuſabat neceſſitas
deniq3 dn̄o ſciente ⁊ volente hoc fiebat.nā
dn̄s oīm ipe erat xp̄s. ¶ Sequiꝛ ꝙ deten/
toꝛ rei aliene/dū nō habet rem in ſua pote
ſtate vt illā reſtituat.ſed vel vi alterius vel
aliūde factus eſt impotens.ille nō dꝛ tunc
detinere inuito dn̄o. Ius enī interꝑtaꝛ ꝙ
dn̄s non debet velle obligare tunc iſtū ad
impoſſibile pro tꝑe quo eſt ſic impoſſibili
tas.qꝛ nec deus ſic obligat ad impoſſibile
legi aūt diuine debent cetere conformari.
Et hic fundatur quomō poteſt abſolui in
foro conſcientie quis obligatus ex furto/
abſq3 hoc qd̄ ſtatim reſtituat.dū tamē ha/
beat ꝓpoſitum de reſtituendo tꝑe ⁊ loco in
q̄ ꝙ aderit facultas in toto vel in parte.
¶ Sequitur ꝙ detentoꝛ rei aliene/ſi non
reſtituat illā dum reſtitutio cederet in pre/
iudiciū ⁊ damnū manifeſtum creditoris/
non eſt fur appellandus. vt ſi non reddat
gladium furioſo. Nam reſtitutio que pro
caritate inſtituta eſt/cōtra caritatē milita/
re nō debet. ¶ Sequiꝛ ꝙ detinēs rem alie
nam/detinet eā inuito dn̄o ſm iuris natu
ralis ⁊ ciuilis interꝑtationē/dū habet ſuf/
ficienter vnde ſtatim reddat.differt nihilo
minus reſtitutionē in ꝑiudiciū vel in dā/
num eius cuiꝰ debitoꝛ eſt.patet qꝛ alteri fa
cit qd̄ nō vellet rōnabiliter ſibi fieri. Ite3
qꝛ aliter ꝑiret illa q̄ maxime ſeruāda ꝑferē
daq3 eſt ciuilis cōicatio/ ſi pateret via de/
fraudandi creditores.et ſi non redderetꝛ in
caſu tali vnicuiq3 quod ſuū eſt.⁊ hoc in to
to vel in parte. Hec aūt eſt fundamētalis
ratio quare doctores ⁊ leges ponūt/ꝙ ſer/
uus ⁊ obligatus ratiocinȷ̄s publicis/ nō
p̄nt libere ꝓfiteri ⁊ hec eadē in caſu noſtro
ſe oſtendit.nec valet allegatio de diminu/
tione ſtatus ſui.qꝛ iam nō eſſet ſtatus con
ſeruatio.ſed deſtitutō ⁊ deſtructio/ſi ex bo
nis alienis fulciri quereretꝛ. ¶ Sequiꝛ ꝙ
ſicut fama que eſt vita quedā ciuilis/non
poteſt ſufficienter pecunia mēſurari quia
ſunt diuerſoꝝ generū. Et ſapiēs bonū no
men plus amat q̄3 theſaurū. ſic iniuſta ab
latio fame/nō ꝓprie ꝯtineꝛ ſub furto ſed ex
cedit ipm̄. Hoc ꝯtra detractores deo odi/
biles ⁊ ꝯtra ſparſores libelloꝝ diffamato/
riorū. Sic inferri poſſet de auferente vitā
liberi hominis vel vxorē alterius. ⁊ ita de
reliquis.ꝓpter quod furtum ꝓprie nō diciꝛ
de illis ſed de re que in poſſeſſionē cedere
ſolita eſt. ¶ Sequiꝛ ꝙ obligatus alteri ra
tione furti vel ratione pecunie mutuate/
nō poteſt rōnabiliter ſe reddere ſcienter ⁊
ſponte impotentē ad ſatiſfaciendū vel ſol
uendū.patet qꝛ aliter peccaret ꝯtra legem
tam naturalē q̄3 diuinā ⁊ humanā de reſti
tutione ablatoꝝ vel debitoꝝ ſolutione et
de reddēdo vnicuiq3 quod ſuū eſt.⁊ de nō
faciendo alteri quod ſibi nollet fieri. Nec
valet hic allegatio ꝙ ad frugē melioris.et
altioris vite vult ꝓgredi.qm̄ nō ſunt faciē
da mala/ vt bona eueniāt. nec aliquis di/
tandꝰ eſt cu3 iactura aliena. ¶ Sequiꝛ ꝙ
obligatus ꝑdicto mō/non vouet licite ali
quid abſolute vnde reddaꝛ ꝑpetuo impo/
tens ſatiſfacere:nō habita licētia vel ꝯſen/
ſu illius cui manet obligatus.vel niſi aliū
de pateat ꝓbabiliter modꝰ ad ſatiſfaciēdū
poteſt tn̄ vouere ſub ꝯditione vt quātum
in ſe fuerit.aut alio tali mō. Patet quia re
putaretur hoc ſibi vel in fraudem vel in
dolum. quēadmodum de ſeruis expreſſe

leges cōdite ſunt. Secus vbi neſcienter ⁊
quadā bona fide cognoſceret votū emitte
re qḋ tunc apparebit dū ad inſinuationeꝫ
mali/protinus reſipiſcet. ¶ Sequitur ꝙ
obligatus vt dictū eſt/nō eſt admittēdꝰ ad
profeſſionē faciendā in aliqua religione.
niſi religio. ꝑ ſe vel alios/ſe obliget ad ſa/
tiſfaciendū pro ſic profitēte. Et ita ratio/
nabilis eſt ⁊ ſtabili iure tam diuino ꝙ̄ꝫ na/
turali ⁊ hūano fundata ꝯſuetudo que pe/
tit a ꝓfiteri volentibꝫ ſi liberi ſunt ⁊ a debi
tis abſoluti. Contra quā inſtitutionem ſi
profeſſio queratꝛ fieri ꝑ fraudeꝫ vel dolum
profitentis/religio manet libera vt poſte/
rius eundē abijciat. Si autem religio ſic
ipſum obligatuꝫ/ prece vel precio ſcienter
admiſerit. videtꝛ ad ſolutionē obligata iu/
ris interp̄tatōne. et ſi facultas ſuppetat ad
hoc cōpellenda. ꝑſertim ſi quicꝗ̄ a profi/
tente ſuſcepit. ¶ Sequitꝛ ꝙ taliter obliga
tus ſi voueat abſolute vel profiteatꝛ religio
nem/ipſe nō ducitꝛ lege ſpūſancti ſicut vi/
detur dicere Ray. ⁊ ſui ſequaces. Nec ē in
hoc minor rō. imo forte maior de obliga/
to ad ꝑſonā ſingularē. ꝙ̄ꝫ de eo ꝗ reipubli/
ce ligatꝰ eſt. Patet qꝛ ſpūſſactus non inſti/
gat ad peccatū ⁊ ad furtū ⁊ ad agendū con
tra p̄cepta decalogi vel legis naturalis. vñ
et talis profeſſio eſſet oblatio deo de furto
vel rapina ⁊ de ſubſtantia paupis quaſi ꝗ
victimat filiū ante patrē. Et alibi. Ve qui
edificatis ſyon in ſanguinibꝫ. Verū eſt ꝙ
obligatus reipublice vel ratione vſuraruꝫ
vel aliunde/poteſt in caſu a gerente offici/
um reipublice abſolui vel licentiari. ſicut
poteſt fieri de obligato ſub incerto. vbi re
ſtitutio vaga que in pios vſus habet fieri
ſola requiritꝛ. Et hic fortaſſis fuit intelle/
ctus aliquoꝝ/qui oppoſitū ad ea que dici
mus viſi ſunt poſuiſſe. ¶ Sequitꝛ ꝙ obli
gatus modo dicto/vouens intrare religio
nē/debet differre voti executōeꝫ/ quouſꝗ̄
creditoribꝫ ſatiſfecerit. Patet qꝛ alias im/
pletio voti/vergeret tūc in deteriorē exitū.
ſicut dicūt doctores de habēte patrē in ne
ceſſitate ꝯſtitutū. cui prius tenetꝛ prouide/
re de neceſſarijs ꝙ̄ꝫ votū religionis vl̄ emit
tat vel emiſſum adimpleat. ¶ Sequitꝛ ꝙ
obligatus modo dicto plus impeditꝛ ſtan
te tali obligatione religionē intrare/ ꝙ̄ꝫ ob
ligatus alteri ſolo voto vel iuramēto. Pa/
tet quia ſiquis iuraſſet ſponte dare alteri
centū florenos ⁊ vellet intrare religionem
poſſet hoc facere nō ſoluendo centum flo/
renos. quia mutaret iuramentū vel votuꝫ
in melius. Secus eſt vbi cōſurgeret obli
gatio aliunde ex furto vel pecunia mutua
ta. Et ſm̄ hoc forte poſſunt concordari do
ctores aliqui qui videntur contrariari in
hac materia. ſpecialiter Sanctus Tho/
mas ſcḋa ſcḋe queſti. vlti. ¶ Sequitur ꝙ
obligatus ratione furti vel ꝯmodati/ſi nō
habeat vnde reddere de bonis. tenetur per
induſtriam aut laborem ſuū ſi poteſt/ ad/
quirere vnde ſatiſfactionē poſſit implere.
etiam vbi viuendū eſſet in ſtatu longe in/
feriori quā ſtatus religionis exiſtat. Non
enim omniuꝫ eſt volare ad alta montana
conſilioꝝ/impeditis hac vel illa occaſio/
ne alis ad hoc requiſitis. Alioquin cur nō
ſimiliter poterit ſeruus ratiocinijs publi/
cis obligatus religionem libere profiteri.
vel ad ſacros ordines promoueri. quod ta
men omnes negāt. ego nō ſatis intelligo
diſſimilitudinis rationē. ¶ Sequitꝛ ꝙ ſi
neꝗ̄ de bonis ſuis neꝗ̄ de induſtria ſua/
poterit iſte ſic obligatus vnꝗ̄ ſatiſfacere.
vel in toto vel in parte ⁊ hoc probabiliter
appareat. ipſe poteſt auctoritate vel de li/
centia iudicis publici/religionem intrare
Patet quia poteſt cedere bonis ſuis eadē
auctoritate. quoniā inanis eſſet actio quā
inopia debitorum excludit. Et hoc intel/
ligendum adhuc videtur/ vbi perſona eſt
libera. et vbi non currit lex vel conſuetu/
do ꝙ non habentes vnde ſoluant/ luant
in corpore. Quemadmoduꝫ habemus in
illa muliere. cuius duos filios creditor ra
puerat ad vendendum pro ſatiſfaciendo
ſibi. Et ſic forte accipitur illud ſapientis.
Qui feneratur mutuum/ ſeruus eſt fene/
rantis. Obligatur enim talis ad laboran
dum etiam perſonaliter vt pateat ſibi fa/
cultas ad ſoluendum. Nec debet ſibi fin/
gere leuiter ꝙ in laborando patiatur detri
mentum ſalutis anime ſue. Nam in reli/
gione forſitan ex obedientia magis habe/
bit circa publica et male allicienda/ labo/
rem exercere. Similiter nec valet allega/
tio ꝙ liber eſt. ⁊ ꝙ perſona liberi hominis
non poteſt pecunia compenſari. quoniaꝫ
talis in caſu ſic ſe ſeruum fecit. ꝙ non ſo/
lum poteſt in carcerem trudi ſed vita pri/
uari ſicut ſuſpendia docent furum. Rur/
ſum notetur hiſtoria vidue que venit ad
Helizeum dicens. Ecce creditor venit vt

tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſi/
z bi. quarti regū quarto: ¶ Sequitur ꝙ ſic
obligatus vt dictū eſt/ ſi facit aliquid vnde
renunciet bonis ſue ſucceſſionis. aut ſi di
ſtribuat bona vnde pauper ⁊ inhabilis ꝑ
petuo ad ſoluendū remaneat. facit quidez
ſtulte ⁊ iniuſte apud deum ⁊ ſm̄ ↄſcientiā
nihilominus apud forū publicuz poterit
hec renunciatio ſeu diſtributio quandoqꝫ
valida reputari. quia nec fertur iudiciū ta
le niſi de manifeſtis. nec īpbanꝭ illic ea
que non poſſunt de fraude ſeu dolo cōuin
ci. Et h̄ eſt laqeꝰ valde magnus. ſi talis nō
inuenerit hoīes eſſe bone fidei illos quibꝫ
bona ſua credendo vel donando dereliqt
Poſtulat tamen equitas communis ⁊ bo
na fides publica/ vt talis apud iudices re/
leuationem aliquam ſup hac querela ſi ad
eos deducta fuerit/ inueniat. Primo qꝛ ta
lis non erat vſquequaqꝫ liber vt faceret de
re ſua quod volebat. cum maneret obliga/
tus ratione furti vel mutui. Deinde. talis
ſi profeſſionem attentauerit facere. nō eo
ipo perdidit ius ſuccedendi ad hereditatē
iure propinquitatis euenientem. cuz ꝓfeſ/
ſio nulla fuerit. ipo iure. preſertiz reclamā/
te. ⁊ cōtradicente rationabili cōſuetudine
religionis ſibi notificata et expſſa. et ex cō/
ſequente deficiēte cōſenſu mutuo religio/
ſoꝝ. quem ad hoc requiri nemo dubitaue
rit. ¶ Sequiꝭ ꝙ ſi obligatus hoc modo
religionē vouet vt fraudet creditores ſuos
facit quidem ſtulte ⁊ iniuſte. Videꝭ nihil/
ominus eidem ↄſulēdū ꝙ vota religionis
quātū poterit etiā foris manens impleat/
laborādo apud creditores ⁊ alios. ꝙ liber
fiat mundo. ac deinde ſubijciat collum ſu
um chriſti iugo. Prima pars nunc dedu/
cta eſt. ⁊ patet aliunde ꝑſpicua ratōne. qm̄
tota vna religio non debet minori gaude/
re priuilegio/ ꝙ̄ aliquis ad religionez illā
admittendus. ſed religio illa manet ſemꝑ
obligata ad ſolutionē debitoꝝ que cōtra/
xit. nec excuſat eū ꝑfectio vite iam profeſſe
ergo nec alium excuſabit ꝑfectio vite ꝓfitē
de. Adde ꝙ olim fuit error ↄdemnatus pa
riſius vnius dicentis. ꝙ ꝓ ſuſtentatione
vnius pueri habilis ad litteras ſacras/ li/
cebat ſpoliare diuites abutētes diuitijs et
dare tali pro ſpe proficiendi in republica.
Vide autem ſi non proximus ſit error di/
centium ꝙ licitum eſt non ſoluere credito
ribus debita ratione furti vel mutui/ qua/

tinus homo transferat ſe ad vitam altiorē
Hoc enim quid aliud eſt ꝙ̄ creditores re/
bus ſuis ſpoliare. ¶ Si autem dixerit ali
quis. nonne talis intrando religionem ce
dit bonis ſuis omnibus et ita ſatiſfacit.
Aduertat qui hoc dicit quid eſt cedere bo
nis. et ſub qua recipitur qualificatōe apō
iudices. Iurat eniz cedens bonis ſuis/ ꝙ
ſi venerit aut venire potuerit ad pinguio/
rem fortunam/ ſoluet in toto vel in parte.
ita ꝙ quicqd lucrari vel habere deinceps
potuerit. ſit adquiſitum ſuo creditori. ꝙ ſi
ſponte ſe reddat impotentem videre facile
eſt ꝙ peierat. ¶ Talis ſic obligatus ſi ꝓfeſ
ſus eſt religionem/ quantum in ſe fuit. et h̄
de conſenſu vxoris ſi fuerit maritatus/ re/
manet obligatus ad votum caſtitatis. re/
manet etiam obligatus modo dicto vt vo
tum ſtudeat ad effectum rationabiliter de
ducere. et interim viuat ſub regulis illius
quam profiteri credidit religionis. quan/
tum circumſtantie rerum permittere vide
buntur. Equuz eſt preterea/ vt creditores
preſertim non egentes/ reddant ſe beniuo
los exorabiles ad impletionem voti ſui de
bitoris. et rependat deus vicem
¶ Explicit Anno. M. cccc. x. craſtino ānū
ciationis Marie.

## Ad huc eiuſdez ſu/ per eodem. r

P Reſuppoſitis veritatibꝫ. xij.
propoſitionū precedentium
ſcilicet. x. et. xij. et aliaꝝ decez
ſequētiū. Preſuppoſito inſu
per caſu. ꝓut poniꝭ ꝑ frēs car
thuſieñ. cuiꝰ initium eſt. Quidā Johan/
nes olim miles ſecularis. Et finitur. licet
de ingreſſu quidam diſentiant. Dico ego
Johannes. Cancellarius pariſieñ. indig
nus. ea que ſentio de hoc caſu. et de ſeptez
dubijs ſuper ipſo formatis. ¶ Scanda/
loſe infideliter ⁊ peruerſe agūt/ q̄ circa hāc
materiam ſcienter variant et corrumpunt
male narrādo caſus veritatē. dū a doctori
bus reſponſiones vl' oppiniones inquirūt
Ptz qꝛ imponūt maculā in gloria doctoꝝ
quātū in eis eſt. ⁊ tam ſeipos ꝙ̄ alios in er
rorē ducūt. Hoc ꝑmiſi. qꝛ vidi q̄dam ſcri/
pta/ nomini meo aſcripta/ q̄ trūcate recita
ta erāt. ponēdo ꝑtez vnā/ dimittēdo alterā
Vidi inſuꝑ dicta quorundā magiſtroruz
mihi notorum/ que nunꝙ̄ fuiſſent ab eis

poſita / ſi caſus fuiſſet eis taliter . qualiter
mihi preſentatus. Preſertim in hoc ꝙ di/
cunt illum militē poſſe repetere coniugez
ſuaz. nec in aliquo teneri ad religionis ob
ſeruationē in toto vel in parte. Legi deni
ꝗ̄ ſcripta quorūdam. que videnᷣ ideo pre
termiſſa. quia ſanabāt aliter ꝗ̄ inquirens
affectabat. ¶ Johes miles. non videᷣ ſuf/
ficienter ſatiſfeciſſe deo ⁊ iuſticie. dum re/
ſignando hereditatem ſuam in manu fra/
tris non fecit petito prius aſſenſu ſuorum
creditorū. vel ſaltem de auctoritate illoruz
ſuperioꝝ (vt pape vel alterius) qui tranſla
tionem poterant validare. Hoc dictum ſa
tis innuiᷣ eſſe verū ex verbis ipſius dubij
dum dicitᷣ ꝙ minus caute ⁊ minus conſul
te ⁊c. Et videᷣ eſſe ꝯtrarietas quo mox ad
ditur. modo tamē meliori quo nouit. Po
terat enī moduz inuenire imo modos me/
liores. vt vendendo totam hereditatem et
ſtatim ſoluendo. vel qḋ de cōſenſu credito
rum feciſſent dictam tranſlationem. vel ꝙ
de auctoritate pape aut principis qui er/
ga creditores habuiſſent forte auctoritatē
cōpellēdi eos cōſentire bone equitati vbi
proterue agere voluiſſent aut aliquo tali
modo. Et noteᷣ. xxij. ꝓpoſitio. Notenᷣ etiā
iura poſitiua de tranſlationibꝫ. ¶ Fratres
carthuſieñ. cū reuerentia loquendo nō vi
dentur ſe habuiſſe ſatis caute ⁊ diligenter
dū ante ꝓfeſſionē vel receptionē Jo. mili/
tis/ non interrogauerūt creditores ſuos. ⁊
de tranſlatione ꝑdicta/ an eſſet valida non
informati ſunt. Noteᷣ. xvi. ꝓpoſitio. Atten
to eo ꝙ dicūt iura/ ignorantiā ſcꝫ latā aut
craſſam reputari in dolum vꝉ fraudem. vi
detur ꝙ iudex in foro exteriori reputabit
predictos fratres ⁊ Jo. militē cum fraude
et dolo proceſſiſſe. niſi ſufficiēter fuerit in/
formatus ex circūſtantijs certis/ de ſimpli
citate ⁊ bona fide predictorū. vt ꝙ poterāt
rationabiliter ⁊ debeant neſcire modū al/
terum ſe habendi circa predicta. Noteᷣ ea
dem ꝓpoſitio. xvi. Addito illo qḋ ſtatuunt
leges ⁊ conſuetudines laudabiles religio
num/ de modis examinādi aliquos ſi ſer/
ui ſunt ⁊c. Et quomodo poſt annū vel ter
minū/ dñs poteſt repetere ſeruū etiā vbi vi
ſus eſt ꝓfeſſionem emiſiſſe forte vna fide q̄
ad fori exterioris iudiciuz. Et per hec tria
dicta videᷣ eſſe ſufficienter reſponſum ad
primū dubiū ſm̄ duplex iudicium ſcꝫ fori
Patet enī ꝙ ex circūſtantijs/ reſpōſio tra/
henda eſt/ tam apud deū ꝗ̄ apud homīes
Attendaᷣ ꝑcipue ſi creditores qui modo
conquerūtur/ fuerūt negligentes ab initō
de cōtradicēdo dicte ceſſioni vel ꝓfeſſioni
vel ſi diligentes inuenti ſunt. Staret ī ca
ſu ꝙ ingreſſus fuiſſet licitus/ ⁊ profeſſio ſe
quens nulla eſſet. imo inualida ⁊ caſſanda
Exempluz ſatis trahitur ex ꝑcedentibus
vbi quis ꝓbabiliter crederet ꝙ dñs ſuꝰ cu/
ius eſt ſeruꝰ. vel creditores oēs eſſent mor
tui. aut crederet ꝓbabiliter ꝙ placeret eis/
ſuus ingreſſus. licet falleretᷣ. vel vbi aliqua
tali ignorantia ꝓbabili laboraret ꝑ teſtifi
cationem alioꝝ aut aliūde. Qua ignoran
tia ſic ſtante religionē ingredereᷣ. pꝫ iſtud
in caſu hoc. Examineᷣ ergo Jo. miles cuz
fratribus carthuſieñ. ſuꝑ ignorantia ſua
modo dicto. ¶ Si fratres carth. poterant
et volebant in omnē euentuz ſatiſfacere ꝓ
Jo. milite/ tunc manent obligati nec eſt fa
cta fraus creditoribꝫ. ⁊ ita profeſſio valet.
Si aūt nec poterant nec volebāt ſatiſface
re nec ꝯſentiebant receptioni Jo. militis/
niſi ſub cōditione implicita nec explicita
ꝙ eſſet liber a debitis. tunc ꝓfeſſio non li/
gat fratres quin militē poſſint ⁊ potuerit
expellere. Sed miles manet obligatus ad
vota religionis qñcūꝗ̄ ⁊ qñocūꝗ̄ potue/
rit illa ꝯplere. q꞉ fecit qḋ in ſe eſt de vouen
do. Exemplū de ſeruo. q̇ poſt reductionez
eius a ꝓfeſſione emiſſa ad dñm ſuū/ teneᷣ
ſi fiat liber/ votū ꝯplere. imo etiā ſtante ſer
uitute eiꝰ/ teneᷣ ad ea que pōt ſeruare ꝰ vo
tis religionis. vt caſte viuere ⁊ alia facere
per q̄ nō lediᷣ vel tolliᷣ debitū dño ſeruiti
um. Noteᷣ. xxiiij. ꝓpoſitio. Noteᷣ hic diſti/
ctio ꝙ votoꝝ aliqḋ eſt qḋ obſeruatū nūꝗ̄
vergit in deteriorē exitū ⁊ illud ſꝑ eſt tenē/
dum. Aliud ꝙ obſeruatū qñꝗ̄ vergeret in
deteriorē exitū. ⁊ pro tūc nō obſeruādū eſt
ſed ꝓ alio tp̄e nō vergeret in deteriorē exi/
tum ſua obſeruatio. ⁊ tūc ligat. Et ſm̄ hoc
patet qūo votū ſerui obligat ⁊ quomō nō
Et ita de milite hec dubitatio ablata eſt a
dictis meis alias circa materiā hanc quā/
tum vidi ꝑ copiā. ¶ Si repiaᷣ ꝑ ſufficien
tem examinationē/ ꝙ fratres carthu. rece/
perūt ⁊ detinuerūt dictū Johem militē in
fraudē creditoꝝ/ ipſi ⁊ eorū monaſterium
cenſendi ſunt obligati ad ſatiſfaciendū cre
ditoribꝫ quātum pñt. Noteᷣ ꝓpoſitio. xvi.
Et ſm̄ hoc facile eſt videre/ quo dicꝰ Jo.
nō pōt edere carnes. nec vxorē repetere ⁊c.

Notet̃ modus diſpẽſationis quã aduerſa
rij ptendunt habuiſſe qualiter in fine vult
ꝙ redeat obligat⁹ ꝛc. ¶ Stãte caſu noſtro
videt̃ ꝙ nulla ſpes ſit in Jo. milite ad ſa/
tiſfaciendũ creditoribꝫ/niſi ptendẽdo ius
ſucceſſionis ad cauſam vxoris. Et cũ ſuc/
ceſſionẽ illam poſſit eque petere ↄuerſan/
do in monaſterio carth. ꝑ ꝓcuratores ido
neos ꝛ implorationẽ auxilij ſupioris ſicut
extra/ↄſulendũ ſibi videt̃/ ꝙ maneat ꝛ vi/
uat cõuerſando monaſtice in clauſtro ſuo
pro ſalute anime ſue. ſcandala religionis
ſue ꝛ aliorũ. necnõ occaſiones peccatoruꝫ
contra vota ſua/caute declinando. alioqn
videat ne amans periculum pereat in illo
Utrum vero ipſe Joh. miles ſit nũc habi
lis ad ſuccedendũ vel vxor ſua. quia nihil
hic inquiritur. nihil hic reſpondeo. Note/
tur. xxij. ꝓpoſitio ſuper hac re.

## Sequitur ſcedula ſuper eadem materia.

Uniuerſis pñtes lr̃as iſpecturis
Johes de bellomõte rector vniuerſitatis
magiſtroꝝ ꝛ ſcholariũ pariſius ſtudentiũ
ſalutẽ in dño ſempiternã. Notũ facimus.
ꝙ anno dñi. M. cccc. xxviij. die Maij. p
ſentata eſt nobis ex pte dñi Cancellarij ec
cleſie pariſieñ. Scedula quedam papirea
ↄtinẽs caſũ quedã/cũ rñſiõibꝫ ꝛ declaratõ
nibꝫ ſup dcõ caſu/ꝑ eũdẽ dñm cãcellariũ.
ꝛ alios infra ſcriptos ſacri theologie dicte
vniuerſitatis pfeſſores/cũ ſubſcriptõnibꝫ
eorũdem ꝑ eorũ manus ꝓprias. Cuius q̃/
dem ſcedule ꝛ ſubſcriptionũ tenor ſequit̃
in hec verba. Quidã olim miles ſecularis
multis obligatus debitis/ poſt ceſſionem
oim bonorũ ſuorũ quã fecit in pñtia dñi
ſui ac principis terre/ea reſignando in ma
nus fratris ſui germani/ ad opus et vſus
creditoꝝ ſuoꝝ/ipis licet ignorãtibꝫ. ſic ꝙ
accepta a pfato fr̃e ſuo cautõne pmiſſi/ſub
ſigillo pfati principis ꝛ ſui/ꝙ de pfatis bo
nis ſoluere deberet ꝛ ſatiſfacere/ creditori/
bus eius videlicꝫ militis quondã pfati. ip
ſe et ↄiunx eius abſtractioris vt aſſeruit vi
te deſiderio pari ſe voto licentiantes/ reli/
gioneꝫ petierũt. Hec in monaſterio ſancti
monialiũ vbi recepta ꝛ ſolenniter pfeſſa ꝑ
nouẽ fere annos hactenus mãſit. Ipſe q̃ꝫ
in monaſterio carthuſieñ. vbi ſm̃ formaꝫ
ſtatutorũ ordinis carthuſieñ. et in hec ver
ba interrogatus. Si liber es. ſi abſolutus
ſi abſqꝫ incurabili morbo ſe deniqꝫ de que
relis ſatiſfeciſti. Reſpondit ad ſingula ſin/
gillatim ꝙ ſic. Sed adiuncto ad vltimam
interrogationẽ. modo ſatiſfactionis vt p/
miſſum eſt ſupra. videlicet. via ceſſionis p
fate. Ad quod prior monaſterij reſpondit
in hec verba. Scias ꝙ ſi aliquid borũ de
quibꝫ interrogat⁹ es celaueris/poteris eti/
am poſt profeſſioneꝫ expelli. Poſt hec ſm̃
formã ordinis ꝛ ſtatutorũ prefatorũ/ tan/
q̃ꝫ nudus ꝛ paup ſuſceptus/ ꝛ ſolenniter p
feſſus eſt. minime reclamantibꝫ creditori/
bus ſuis. quibꝫ pro tunc vel interim non
fuerat ſatiſfactũ. ꝛ hinc ꝑ ſeptem fere ãnos
in monaſterio pſeuerauit. Interea conti/
git fratrem prefati quondã militis infor/
tuniũ quoddã incidere. vt videlicet ab ho
ſtibus ſuis capetur. vnde impotens vide/
tur factus ad exequẽdũ quod promiſerat
de ſatiſfactione pro fratre ſuo milite prefa
to. Poſt hec autẽ/mortuus eſt ſocer ipius
quondã militis/pater videlicet olim vxo/
ris ſue. Unde pſuadentibꝫ quibuſdã con/
ſanguineis eius ac ꝓpinquis/occaſione vt
eis videbat̃ aliquali iam habita tanq̃ꝫ iu/
re ꝓpinquitatis ac legitime ſucceſſionis ex
parte vxoris ſue quondã prefati/monaſte
rium ſuũ contra phibitionẽ Prioris ſui/
ad petendũ bona quondã ſoceri ſui defun
cti vt inde ſolueret debita ſua exiuit. et ad
ſeculũ reuerſus/habitũ ſuũ dimiſit. carnes
comedit. ꝛ vota profeſſionis ſue multipli/
citer violauit. Et notandũ ꝙ in patria il/
la ſcilicet in terra ollãdie gelrie ꝛ brabãtie
religioſi tales ſuccedunt parentibꝫ vel mo
naſteria pro eis. ¶ Sequitur in ſcedula
memorata. Preſuppoſita veritate caſus ſi
cut pmiſſum eſt. quem caſum ſub alijs ter
minis quidam alias apud multos de vni
uerſitate pariſieñ. variauerũt/dum eorum
opiniones inquirerẽt. propter qđ non eſt
mirandũ ſi tunc vno modo quidã reſpon
derunt ꝛ nunc aliã dant reſponſionẽ. quia
eiectis interim allegationibꝫ dicũt̃ ea que
ſequũtur ꝛ que vera reputamus doctores
infra ſcripti. ¶ Primo ꝙ miles olim de q̃
fit ſermo/ inconſulte ſatis religionem in/
greſſus/ ꝛ incaute receptus eſt. Ex hoc pre
ſertim. quia ceſſio bonorum ſuorum/ fuit
incauta neqꝫ ſufficiẽs pro liberatione ſua
a manu creditorum ſuorum. licet debuiſ/
ſent citius reclamaſſe. Secundo ꝙ profeſ
ſio quam ſolenniter fecit/ non obſtante ꝙ

inconſulte ingreſſus ⁊ incaute ſuſcepꝯ ſit
ligat eum de iure tam poſitiuo ꝙ̃ diuino
ad vota religionis. ¶ Tertio ꝙ neuter cõ
iugũ p̃fatoꝝ/ poteſt alterũ poſt diuorciuꝫ
ex mutuo cõſenſu ⁊ approbatione ordina
rij celebratũ. ac poſt ꝓfeſſionẽ deſuꝑ ſolen
niter factã/ repetere. ¶ Quarto ꝙ ſicut neu
ter poteſt alteruꝫ repetere poſt diuorciũ ac
profeſſionẽ. ſic nec bona que alteri eorum
ſiue monaſterio ex parte ꝑſone interim ad
quiſita ſunt ſeu adquiri ꝯtigerit in futurũ
debent alteri ſeu monaſterio eius/ tanꝙ̃ al
terius ꝯiugis coheredi deſeruire. ¶ Quin
to ꝙ prefatus olim miles/ nimis incõſul/
te et inordinate et illicite ſic a monaſterio
ſuo receſſit. peiuſqꝫ ac ꝑiculoſius reiecto
habitu ſuo/ foris remanet. ⁊ ꝙ de neceſſita
te ſalutis omni tergiuerſatione poſtpoſi/
ta. quãtotius reuerti tenet̃ ad monaſteriũ:
et ſumpto habitu ſub diſciplina quã pro/
feſſus eſt degere regulari. Attento ꝑcipue
ꝙ manendo extra monaſteriũ/ nõ eſt idem
miles habilior ad ſoluenduꝫ. imo minus
ꝙ̃ intra manendo. ¶ Sexto ⁊ vltimo/ ꝙ
attentis p̃miſſis/ profeſſio olim militis p̃/
fati quã fecit in religione/ non obuiat di/
recte ⁊ de per ſe obligationi priori/ qua an̄
creditoribꝫ extitit obligatus. ⁊ ꝑ ꝯñs ma/
net eis obligatus vt ante. Sic ꝙ ſi ipẽ tẽ/
pore receptionis ſue ad ordinẽ/ aliquid ſe
cuꝫ apportauerit. aut interim. aut in futu
rũ/ monaſteriũ p̃fatũ de bonis eius ꝑcepit
pro tanto ſaltẽ/ ſemꝑ tenebit̃ ſatiſfacere cre
ditoribꝫ monachi ſui. donec plenarie eis
fuerit ſatiſfactũ. ¶ Sequit̃ ī ſcedula Sic
ſentio ego Johs de Berſonno cãcel. parif̃
indignus in cuiꝯ teſtimoniũ me ſubſcripſi
in p̃nti ſcedula ꝓpria manu. Attẽtis etiam
additionibꝫ circa p̃dicta. quas eadẽ manu
mea ſcripſi anno dñi. M. cccc. xxi. Maij
¶ Ego petrus de dyerreyo mgr̃ in theolo
gia. ꝯformiter ad dñm Cãcell. in hac ma/
teria ſentio. in cuiꝯ teſtimoniũ hic me ſub/
ſcripſi. ¶ Ego Jordanus morim mgr̃ in
theologia ꝯformiter ad dñm Cancell. in
hac materia ſentio. in cuiꝯ teſtimoniũ hic
me ſubſcripſi. Ego Johãnes dachori ma
giſter in theologia ꝯformiter ad dñm Cã
cell. in hac materia ſentio. in cuiꝯ rei teſti/
moniuꝫ me hic ſubſcripſi. ¶ Mihi fratri
Builberno de hunulla ſacre theologie im
merito ꝓfeſſori videt̃ ꝙ dictus miles vere
ſit ꝓfeſſus. nec poteſt vxorẽ repetere. quin

imo cogendꝯ redire ad monaſteriũ. ⁊ ibidẽ
viuere ſub diſciplina regulari. In cuiꝯ ſi/
gnũ hic me manu ꝓpria ſcripſi. ¶ Ego ma
giſter Guilhelmꝯ de rancetis ſacre pagine
profeſſor fateor ꝑ p̃ntes ꝙ dictus miles d̃
quo caſus ſupra ponit̃. vere ⁊ realiter eſt ꝓ
feſſus. ⁊ obligat̃ ad obſeruantiã regulareꝫ
ſui ordinis. ⁊ cenſendꝯ ẽ religioſus. nec po
teſt ampliꝯ repetere vxorem licite. ſi que tñ
debita ante ingreſſum religionis dictꝯ mi/
les vel eius vxor ꝯtraxerit. dico ꝙ ſi ſit poſ
ſibilitas ſoluendi/ ipẽ vel ipã tenentur vel
manualiter laborãdo in monaſterio. vl̃ ex
hereditate p̃rna que alicui eoꝝ poſſit ſuc/
cedere ꝑ mortẽ alicuiꝯ parentũ ſoluere pre
dictorũ. Suꝑ hac materia plura poſſint
allegari ſed dimitto cauſa breuitatis. In
cuiꝯ rei teſtimoniũ hãc determiatõeꝫ ꝓpria
manu ſcripſi. ¶ Ego Pe. haardi doctor ĩ
theol. cõformiter ad dñm Cancellariũ et
ad alios magiſtros in theologia q̇ in hac
materia deliberauerũt. idem oĩno ego ſen/
tio. ¶ Ego frater Stephanꝯ ſacre theolo/
gie ꝓfeſſor ac miniſter ſancti maturini pa/
riſieñ. ordinis ſancte trinitatis ⁊ redẽptio
nis captiuoꝝ. ꝯformiter cũ opĩone magi/
ſtri Johãnis de gerſonno Cancell. eccle/
ſie pariſieñ. delibero In cuiꝯ rei teſtimoni
um ſignũ meũ manuale hic appoſui An/
no dñi. M. cccc. x. ¶ Ego Petrus de no/
gento mgr̃ in theologia/ ſentio debitũ ⁊ ſa
lubre vt miles olim ꝓfeſſus/ redeat ad reli
gionẽ ſub obſeruãtia regulari manẽs ni/
hilominꝯ creditoribꝫ vt p̃mittitur vel con
uentus ꝓ eo. hec ꝓpria manu. ¶ Ego Pe/
trus de Arrech mgr̃ in theologia ꝯformi/
ter ad dñm cancellariũ p̃fatũ in hac mate/
ria ſentio. ſtante veritate caſus eo mõ quo
poſitus eſt in folio precedẽti. vna cuꝫ qui
buſdam circũſtantijs mihi ꝑ fidedignos
ore tenus expreſſis. vtpote ꝙ ceſſio bono/
rum. ingreſſus religionis amboꝝ coniu/
gum ⁊ diuturna coꝝ manſio in p̃fatis reli
gionibus/ non latebant creditores ſed eis
nota erãt hec omnia. neqꝫ protũc reclama
bant. ꝙqꝫ etiam bona dictoꝝ coniuguꝫ ſi
fuiſſent debite collecta conſeruata ⁊ diſtri
buta. videbantur ſufficere ad ſatiſfacien/
dũ creditoribus infra ſatis cõpetẽtes ter/
minos. ¶ Mihi dominico ꝑui ſacre theo
logie indigno profeſſori/ videt̃/ ſalua om/
ni correctione ac dicti olim militis reuerẽ
tia. ꝙ ipi militi nũc aſſerẽti. ſe ficte intraſſe

religionem ad finem talem vel talem/non
eſt credendū. nec ipe licite illam religionē
ſic egredi potuit ſicut de facto egreſſus eſt.
et vltra ꝙ nec etiam vxorē ⁊ bona ſucceſſio
nis ſuperius tacte. poteſt licite repetere ſeu
retinere nomine ꝓprio. ſcriptum manu ꝓ
pria. ¶ Ego matheus Roedor ſacre theo
logie profeſſor indignus/ ſuppoſita veri
tate caſus pmiſſi ⁊ circūſtantiarū eiuſdem
in forma qua ponūtur. ſentio cōformiter
ad deliberationē domini Cancellarij ſu
pra poſitam. In cuius rei teſtimoniū hāc
deliberationem meam propria manu ſcri
pſi ⁊ nomine meo ſignaui. ¶ In quorū
teſtimoniū nos Johs/ rector vniuerſita
tis prefate/preſentes litteras ſigilli Recto
rie dicte vniuerſitatis appenſione/ duxi
mus muniēdas. Anno ⁊ die quib⁹ ſupra.

¶ Finit.

a **Incipit tractatus**
**eiuſdem magiſtri Johānis de Gerſon. de**
**ꝑpantia in cibis/ potu/ ⁊ veſtib⁹ ꝑlatoꝝ.**

Iam in vna priori lectione ab
ſolui / ſicut potui. dubitatio
nem non mediocrē/ ſup abſti
nentia ꝑpetua a carnib⁹. an
licita ſit apud ſolitarios reli
gioſas/imitatores Johs baptiſte in here
mo. Vellē nūc ſub ꝯpendio maiori/ſimi
liter elucidare qualis ꝑpantia in cibis ⁊ po
tibus/in veſtitu ⁊ ceteris. aut neceſſaria ſit
aut cōgrua ꝑdicatorib⁹ aut ꝑlatis. quorū
eſt officiū/ inſtar Johis/ ꝑire ante faciem
dñi ⁊ parare vias ei⁹ ad dādā ſciā ſalutis
plebi eius. ¶ Ad hāc dubitatōnē ſub vni
ca ꝯcluſione rñdeo. Expediētius eſt ⁊ effi
catius ꝑdicatorē et ꝑlatū/ declinare ad au
ſteritatē vite et ꝑcitatē in veſtib⁹ ī cibis et
potib⁹ et paucitate ſeruitoꝝ et ſimilib⁹. ꝙ̄
hoibus ſecularibus talib⁹ ꝯformari. ¶ Et
in primis ſi attendim⁹ vitā xpi que nr̄a eſt
inſtructio/ſi ꝑterea apl'oꝝ ⁊ alioꝝ ſancto
rū exempla recogitam⁹/ ꝑſpicuū eſſe debe
bit apud xpianū id qđ dicim⁹. Fateor in
quit diſcretiſſim⁹ aug⁹ fateor de ꝑcioſa ve
ſte. erubeſco. nō eni decet hāc ꝑfeſſionē nō
hāc monitionē. nō decet hec mēbra. nō de
cet hos canos. ¶ Et arguo ſic inquiſitiue
Pompā in veſtib⁹/in ferculis/in ſeruitori
bus/aut querūt eccleſiaſtici ad placendū
deo. vel vt ꝑficiant primo. vel ad eccleſie
honeſtatē ⁊ auctoritatē. Quidā eni ad ali
quā harū rationū confugiūt.

Non primū vt placeāt deo. qm̄ ve
rū eſt illud hiero. nō tenera veſtis/
ſed mūdicia mētis/ ornatum facit
clericoꝝ. Conſtat inſuꝑ plus placere deo
oꝑa pietatis in quib⁹ ꝑnt expēdi ea q̄ talis
pōpa reqrit. Si qris igit' pl⁹ deo placere
oꝑa deo magis placentia facito. alioquin
apud te mentit' iniquitas ſibi. ꝙ iam non
ſoli deo magis ꝑ talia placere ꝯtendis. ſed
vel tibi vel mundo.

Si querūt eccleſiaſtici ꝑ talia ꝑfice
re primis ⁊ ſubditis/ videāt obſe
cro ne turpiter fallantur. ⁊ tota (vt
aiūt) via errēt. Plus eni ſcādaliſat pompa
clericoꝝ ipos laicos. tā principes ꝙ̄ alios
ꝙ̄ edificet. Plus ad indignationē ⁊ mur
mur ⁊ inuidiā eos cōcitat ꝙ̄ ad amorem ⁊
plus augent in eis auariciā ⁊ ſupbiam ꝙ̄
extinguāt. Debet aūt eē officiū clericorū/
monere ſubditos verbis ⁊ exēplis ad vir
tutū exercitia humilitatē frugalitatē ⁊ ſo
brietatē. Porro nō habet opus iſta ꝑs al
legationib⁹ ſcripturarū vt doceam⁹ pōpas
eſſe in ſcandalū laicoꝝ. Interroget' expiē
tia ⁊ magna voce clamabit. Ita ē. nihil ve
rius eſt. Nam vñ fuit tāta principū ⁊ ſecu
larium deuotio apud antiquos eccleſiaſti
cos paupes ⁊ pānoſos. Unde tantus ho
nor. tanta reuerentia. tantus cultus. vtiq̄
quia pompas tales nihilipendebant. Id
circo tanꝙ̄ apud bonos ⁊ fideles diſpen
ſatores/copioſiſſime eis miniſtrabant' di
uitie. qui poſtꝙ̄ inſoleſcere ⁊ eis abuti ce
perunt/in contrariū verſa eſt prior largitō
dico in direptionē ⁊ contemptū. Audiui
his auribus vnū ex principib⁹ noſtri tem
poris precellentē/ coram quo dum fieret
ſermo de refrenatione ⁊ moderatione pō
parum ſtatuū in regno francie nimis exu
berantium ⁊ aliarum expenſarū propter
quas niſi prouiſum fuerit/fraudes rapine
et iniuſticie ⁊ odia ⁊ ſeditiones ſaltem oc
culte fiunt propter que omnia teſte ſapien
te regnū de gente in gentē transfertur. Re
ſpondit indignabūdus princeps ille. inci
piant eccleſiaſtici apud quos tota pompa
eſt. tota ſupbia ⁊ in veſtibus ⁊ in prandijs
et in omnibus. ⁊ de ſingularibus facta eſt
tunc narratio. vbi que ad honorem ſuum
eccleſiaſtici vident' agere/illa in magnā eo
rum ⁊ ſue eccleſie cōtumeliā ⁊ probrū cō
memorata ſunt. prandia loquor et cetera